14) cfr. IV, 41 *nec enim* P -*neque enim* ω, XI, 30 *neque enim* P -*nec enim* ω al. Primo putaveram *aut* & *ue* inducta pro *et* (*atque*) & *que* in enuntiata sensus negativi, ut III, 130, VI, 240, 343, VII, 60, XV, 125, sed obstat V, 128, ubi in ω *sumitque* pro Pithoeani *sumitue* legitur.

plerumque dura varietas temporum modorumve, quam Iuvenalis vel in eodem enuntiato non evitat, tollatur aut concinnior sit sermo: I, 158 *uehetur* ex 159 *despiciet* II, 138 *quod nequeunt* ex 139 sq. *quod-indulget* III, 238 *eripiunt* ex 235 *dormitur* VIII, 233 *parastis* ex *ausi*[1]) IX, 89 *iunguntur* ex 87 *scriberis* 88 *capis* IX, 146 *pingat* ex 145 *sit* IX, 149 *affigit* ex 148 *rogatur* X, 153 *diduxit-rupit* ex 152 *opposuit* X, 214 *exaudiat* ex 213 *sedeat* X, 312 *metuet* ex 311 *fiet* XI, 16 *emuntur* ex *iuuant* XI, 26 *ignorat* ex 24 *scit*[2]) XI, 130 *comparat* ex 131 *despicit* XIV, 139 *crescit* ex *crescit* XIV, 147 *mittuntur* ex 145 *uincitur.* Non minus facile intelleguntur I, 126 *quiescit* VI, 146, VIII, 163, XIII, 184 *dicit* XIV, 7 *concedit.* In sententiis hypotheticis grammaticus ille coniunctivum amat: VII, 87, IX, 33, XVI, 2; XI, 85; VI, 660; II, 118; in relativis magis indicativum: VII, 223; VIII, 37, X, 311, XII, 101.

Restant haec exempla, quorum pars, fortasse plurima, non interpolatori adscribenda est. Commutantur Praes. ind. & coniunct.: V, 121, VII, 106, VIII, 57, 166, XIV, 33, 111; III, 224. Praes. & Fut. ind.: III, 82, 319, IV, 127, IX, 132, X, 339, XI, 148; II, 140, VI, 28. Praes. coniunct. & Fut. ind.: I, 150, VII, 219, VIII, 88, X, 214. Praes. & Perf. ind. III, 82 (ex 83 *aduectus?*), 168 (ex 169 *translatus?*). Praes. ind. & Imp. coniunct.: XIV, 211. Praes. & Imp. coniunct.: V, 24, VII, 69; VI, 399[3]). Perf. ind. & Imp. coniunct.: X, 184 (ex *uellet?*). Imp. & Fut. ind. IX, 6, XI, 184[4]). Perf. coniunct. & Plusq. ind. X, 272; XIV, 85.

His mutationibus iam versus illos subiungam, ubi classis codicum depravata verba male omittit, addit, transponit. Omittitur *est* III, 210, VIII, 125, IX, 118; *et* IV

1) cfr. et infra III, 82 et 168.
2) cfr. Hor. ep. I, 7, 23.
3) cfr. Hor. s. I, 9, 46.
4) cfr. Hor. s. II, 6, 60, ep. I, 5, 10.

148, XIV, 219, XVI, 22. additur *est* II, 5, VI, 103; *et* VI, 551, 648, X, 9, 35; *que* X, 102; *tunc* VI, 468. De IV, 148, VI, 468, 551, 648 vide infra, de reliquis fusius loqui non opus est. verba transponuntur: I, 16 *sullae dedimus* 86 *nostri est farrago libelli* 148 *cupient facientque* II, 29 *tragico nuper* 152 *credunt pueri* III, 62 *in tiberim missus* VI, 328 *toto pariter* 364 *semper tollatur* 373 *tantum damno* 399 *quae posset* 635 *egressi et finem* VII, 3 *noti celebresque* 83 *fecit cum* 89 *uatum digitos* VIII, 201 *aut pugnantem* X, 274 *iusti quem nox* 310 *specie iuuenis* 344 *melius leuiusque* XII, 48 *nunc quis* XIII, 86 *qui in fort.* 105 *pretium sceleris*[1]) (172 *assidue quanquam* 206 *pariter tota*) XIV, 145 *dominus pretio* 208 *pueris uetulae* 245 *et late* XVI, 20 *cohors tamen* 30 *uidit qui.*

Si omittimus III, 62, XII, 48, XVI, 30, ubi metrum aut sententia laborat, plerumque verbum brevius longiori antepositum esse videtur, ut I, 16, VI, 328, 364, 399, (635,) VII, 3, 89, VIII, 201, (X, 274,) XIII, 86, XIV, 245 aut adeo ordo relatus alphabeticus, ut I, 148, II, 152, XIII, 105, XIV, 145, 208, XVI, 20. Sed cum in omnibus libris[2]) huius modi diversitates crebro reperiantur neque sensum mutent, omnino illis non multum momenti tribuendum est.

Sed iam ad varietates graviores venimus. Ac primum nobis occurrit, quod Nicaeus frequenter pluralem substantivi usurpat, ubi P singularem tradit: IV, 67 *saginis* 83 *terras*[3]) 98 *gigantum* VI, 183 *dies* 479 *flagellis* VII, 27 *ca-*

---

1) cfr. Luc. VII, 750 *pretium belli scelerumque.*

2) cfr. I, 7 A, 19 L, 43 L, 111 L, II, 12 L, 84 H, III, 111 M, 129 VB, 144 M, 214 H, 302 M, IV, 32 M, 107 A, 143 M, VI, 50 M, 147 A, 172 L, 177 M, 286 H, 317 H, 328 L, 349 A, 491 L, 557 LA, VII, 146 L, 175 L, IX, 107 MB, X, 7 A, 98 A, 140 L, 322 L, XI, 114 A, XII, 20 A, XIII, 26 A, 78 A, 147 HB, XIV, 1 L, 6 HB, 29 HB, 70 L, 258 A, XV, 43 H, 52 BF, 112 A, 171 B, XVI, 54 H. Tertia fere pars metrum violat.

3) Hoc loco cum Iahnio legi velim *terram*; idem mendum in

lamos 91 *bareas* 201 *triumphos* VIII, 118 *circis* 124 *iacula* X, 21 *umbras* 200 *miseris* 304 *uiris* 341 *aures* 362 *plumis* XI, 91 *fabricios* XIII, 131 *dolores* XIV, 30 *moechos* XVI, 12 *oculos-relictos*.

Contra octiens[1]) singularem ille intulit, ubi Iuvenalis pluralem ediderat: I, 168 *ira* VI, 341 *figuram* (446 *tunicam*) 596 *sterilem* 647 *nocentem* X, 173 *hominis* XII, 17 *ictum* XIII, 154 *artificem*. VI, 341, 446, 596, 647, XII, 17 singularis originem traxit ab singulari antecedente aut sequente (*quaecunque, quae, huius quae, sexum, fulminis*[2]). Similiter etiam X, 173 explanabimus, nisi hoc exemplum perinde ac I, 168 et XIII, 154 scribae festinanti calamo adscribere malumus. Mutationem autem singularis in pluralem interpolatori pronam ac proclivem fuisse testimonio sunt haec Prisciani exempla: II, 349, 8; 394, 11; III, 221, 19; 259, 6; 268, 7; (341, 23); 356, 16; 360, 1; 366, 1.

Quod in verbis ter (X, 313 *debent* XIV, 120 *mirantur* 121 *putant-hortantur*) pluralis pro singulari institutus est, ex perversa sententiae explicatione derivandum est. Contra VI, 288 *sinebat* ad solam vocem *fortuna* tractum est; item 585 *dabit* (*feret*) ad *phryx*, cum *inde* ad *conductum* pertinere putaretur; VII, 24 *impletur* editum est, cum forma *membranum* parum nota esset; denique XI, 163 *incipiat prurire* scriptum est sicut in Martiale XIV, 203 de puella Gaditana legitur: *tam blandum prurit*.

Grammaticum rei metricae non ignarum sapiunt illae discrepantiae, quibus hiatus, quem Iuvenalis non fugit[3]), tollitur: V, 158 *quis plorante gula melior* VI, 468 *illo tunc*

P exstat I, 70, III, 190, VI, 323, VIII, 259; mutatio numerorum apud Iuvenalem non mira est. *maria ac terras* Aetna 103.

1) De II, 106 *campo* vd. pg. 78; de III, 158 *iuuenem* pg. 92.

2) *fulminis ictus* (sing.) Cic. off. III, 25, 94, Lucr. III, 487, Sil. XIV, 314, Stat. Theb. X, 618.

3) cfr. Ruperti ad sat. I, 151.

lacte XII, 36 *testiculorum* 110 *belliquc* XIII, 65 *uel* XIV, 49 *obsistat.*

Maxima autem ac potissima opera interpolatoris eo spectabat, ut textum locis intellectu difficilioribus et vocibus sensus obscurioris expeditum purgatumque conficeret. Itaque illi opus erat verba insolita eliminare, sollemnia inserere, phrases aut constructiones intricatiores ita mutare, ut qui saturas legerent, sensum facile caperent.

Tali causa, ut molliret sermonem Iuvenalis abruptum, ubi facile fieri potuit, asyndeton, quod ille saturarum scriptor valde adamavit, expulit: I, 110 *nec* III, 37 *unde* VI, (198 *et dicas*) 442 *atque aera* 551 *rimatur et* 603 *atque inde* 648 *et rabie* VII, 41 *ac* VIII, 2 *pictosque* 66 *tritoque*[1]) (89 *et miserere*) X, 253 *nam quaerit* 354 *attamen ut*[2]) 365 *sed te* XI, 37 *nec* XIII, 189 *docens* XIV, 295 *at* 315 *sed te.* Etiam VI, 430 *aut lata*[3]), VIII, 196 *si* XV, 106 *uescantur sed* inde ortum duxisse videntur.

Pari causa[4]) lectiones natae sunt hae: I, 52 *herculeias*[5]) 145 *it* II, 106 *bebriaci campo* III, 18 *praestantius*[6]) (unde 19 *aquae*) IV, 4 *aspernatur* 34 *hic considere* V, 15 *raro* 42 *illic* 70 *factus* 72 *artocopi*[7]) VI, 65 *subitum* 332 *ueniet* 395 *ut uideo*[8]) 413 *quam quod* 519 *uestes* VII, 120 *afrorum*

---

1) Hoc loco metrum laborat, nisi Nicaeus quod in nonnullis libris legitur, scripsit *tritoque trahunt.*

2) cfr. Hor. sat. II, 1, 16 *attamen et* 80 *sed tamen ut.*

3) Fortasse imitatur Martialem XIII, 81, 1 *lata patella.*

4) Huc etiam permultae modorum temporumque mutationes spectant, cfr. supra pg. 75.

5) *heracleias* non legitur, si lexicis fides est, nisi hoc Iuvenalis loco; fugit interpolatorem in *herculeias* syllabam alteram correptam esse.

6) Item Macrobius III, 19, 3 mutat Verg. g. II, 127; cfr. et codd. Verg. Aen. XII, 245, Ov. met. XIII, 757.

7) *artocopus* apud Firmic. math. VIII, 20.

8) cfr. XV, 93.

124 *quantum petet*[1]) VIII, 38 *sis* 105 *hinc* 256 *plebe* IX, 68 *seruorum mense decembri*[2]) 105 *tollito* 107 *secundum* X, 2 *discernere*[3]) 30 *alter* 64 *patellae* 91 *sellas-curules* 254 *socio* XI, 93 *habendum* 148 *et magno* XIII, 18 *proficis* 65 *ut monstrum* 139 *sardonicus* 142 *uilis populus*[4]) XIV, 153 *hoc* XV, 27 *iunio* 93 *ut fama est.*

Omnino id studuit, ut sententiam uno versu perficeret vel saltem ita formaret, ut verba eodem versu exstantia cohaererent; quin interdum eo progressus est, ut adiectiva cum substantivis proximis perperam conecteret: II, 159 *illuc* III, 105 *alienum* 188 *praestant* IV, 3 *aeger-fortis* 4 *delicias uiduae*[5]) VI, 606 *omnes* VIII, 11 *ortus* ad *numantinos* tractum X, 37 *medio* 300 *modestum* XII, 64 *benignae* XIII, 4 *fallacis* 65 *miranti* XIV, 199 *trepido* 217 *longi* 270 *pingui.*

Saepius illum prorsus non intellexisse, quod legebatur, iam ex exemplis adhuc allatis satis elucet; nonnullis aliis locis paulum eo excusatur, quod etiam his temporibus viri docti illius lectionem repudiata genuina Pithoeani receperunt, ut V, 142 *simul* VII, 214 *qui* IX, 121 *nam* X, 295 *suam* 326 *repulsa* XII, 110 *turmam* XIV, 131 *aestiui* XV, 107 *quaedam.*

Lectiones Nicaei magnam habere similitudinem cum quibusdam sive Iuvenalis sive aliorum scriptorum locis iam compluriens[6]) vidimus; sed gravissimas ac plurimas eius generis varietates, quamquam etiam in classes istas

1) cfr. Luc. IV, 378 *Et quantum-petat.*

2) cfr. Ov. tr. I, 11, 3, Mart. II, 85, 3, V, 18, 1, al.

3) Loco persimili Horatii (s. I, 3, 113) *secernere.*

4) *uiles pulli* non intellexit; fortasse respexit Stat. silv. II, 2, 129 *nos uilis turba.*

5) cfr. VI, 47 *del. hominis* Verg. ecl. II, 2, Mart. VIII, 63, 4, XIV, 59, 2.

6) cfr. pg. 75 adn. 2, 3, 4; pg. 76 adn. 1, 3; p. 77 adn. 2; pg. 78 adn. 2, 3; pg. 79 adn. 1—5; vd. et pg. 73 adn. 4, 8, 9, 10, 14, 19 et pg. 69 sqq.

referre potui, tamen ut uno tenore oculis legentium subicerem, adhuc neglexi. Pervolventi mihi opera scriptorum per saecula IV et V maxime manibus Romanorum trita loci mutationibus classis corruptae simillimi permulti se obtulerunt, quos nunc deinceps producam descriptis primum germanis Iuvenalis verbis, tum codicum deteriorum lectione, denique loco tali alius scriptoris:

I, 156 *qui fixo pectore fumant*
qui fixo gutture fumant
Ov. met. V, 173 *dominique in gutture fixa est*
XII, 458 *mentoque ad guttura fixo*
cfr. et III, 90, Verg. Aen. X, 348, georg. I, 410

III, 79 *in summa*
ad summam
Hor. ep. I, 1, 106 *ad summam*[1])

IV, 148 *tamquam ex* (?) *diuersis partibus orbis*
tamquam diuersis partibus orbis
Verg. Aen. XII, 708 *genitos diuersis partibus orbis*
cfr. Aen. XII, 521, Ov. met. VI, 53, al.

V, 63 *quando rogatus adest*[2])
quando uocatus adest

---

1) Cicero, qui et *in summa* et *ad summam* adhibet (cfr. epist. XIV, 14, 2, ad Att. VII, 7, 7, X, 4, 11, ad Q. fr. II, 16, 3, off. I, 41, al.) magis *ad summam* amplecti videtur, quod unum, quantum vidi, usurpant Horatius (ep. I, 1, 106) Petronius (c. 31, 37, 71, 75, 77, 105 al.) Seneca (ep. 31, 2; 102, 10; 119, 9; dial. VIII, 6, 5; ben. VII, 15) Scribonius (c. 40). Sed ut praetermittam Plin. h. n. VII, 34, 120; 46, 150; XXXII, 17, 45 apud Iuvenalis aequales praeter Mart. XII praef. tantum *in summa* repperi, cfr. Stat. silv. IV praef.; Quint. inst. or. IX, 2, 72; XI, 3, 15; XII, 8, 11; Plin. ep. I, 12, 12; 14, 6; 15, 4; III, 4, 8; V, 6, 28; VI, 8, 8; 21, 7; 33, 11; VIII, 4, 8; 8, 7; 18, 2. Quarto saeculo Ausonius scribit *ad summam*, cfr. XIII, 1, XVI, 17, 3, XXVII, 2, XXVIII, 1 Sch.; quinto Sid. Apoll. *in summa*, cfr. ep. I, 11 (in fine), V, 13 (i. f.), VII, 4.

2) cfr. etiam lectiones varias IV, 1 apud Iahnium.

Verg. Aen. III, 395 *aderitque uocatus Apollo*
Hor. epod. V, 5 sq. *uocata-affuit*
cfr. *uocatum uenire* Ov. fast. II, 362, al., Mart. XI, 35, 2.
V, 116 *spumat aper*
fumat aper
Mart. XIV, 221, 2 *fumet aper*
post hunc tradentur tubera, si uer
post hunc raduntur (*radentur*) *tubera, si uer*
Iuv. XIV, 7 *qui radere tubera terrae*
Ov. med. fac. 85 *radenti tubera nitro*
(Verg. Aen. VII, 10 *circaeae raduntur litora terrae*)
VI, 20 *fugere sorores*
abiere sorores
Stat. Theb. XI, 113 *abiere sorores*
cfr. ibid. v. 415, Culicis 226 sq.
VI, 58 *nil actum*
nihil actum
Verg. Aen. XI, 227 *nihil omnibus actum*
VI, 248 *assiduis rudibus scutoque*
assiduis sudibus scutoque
Tib. I, 10, 65 *scutumque sudemque*
Luc. III, 494 *sudibus crebris*
sudibus Verg. Aen. VII, 524, XI, 894.
VI, 285 *animos e*[1]) *crimine sumunt*
animos a crimine sumunt
Ov. met. VI, 474 *laudemque a crimine sumit*
VI, 404 *quis diripiatur adulter*
quis decipiatur adulter
Ov. met. IX, 740 *qui deciperetur adulter*
VI, 474 *est pretium curae penitus cognoscere*
est operae pretium penitus cognoscere

---

1) Lectio Pithoeani non cognoscitur, sed non *a crimine* ibi exstitit; Iahnium recte *e crimine* edidisse puto, quod Parisinus 7906 praebet, de quo vd. pg. 52 adn. 1.

Hor. sat. II, 4, 63 *est operae pretium duplicis pernoscere*
ep. II, 1, 229 *sed tamen est operae pretium cognoscere*
cfr. sat. I, 2, 37, Ter. Andr. 217, Mart. VII, 37, 2.

VI, 569 *hae tamen ignorant, quid*
haec tamen ignorat, quid
Hor. ep. I, 7, 23 *nec tamen ignorat, quid*

VII, 8 *pieria quadrans tibi nullus in umbra*
pieria quadrans tibi nullus in arca
Mart. II, 44, 9 *et quadrans mihi nullus est in arca*

VII, 60 sq. *maesta paupertas*[1])
saeua paupertas
Hor. carm. I, 12, 43 *saeua paupertas*

VII, 80 *tenuique saleio*
tenuique salino
Hor. carm. II, 16, 14 *in mensa tenui salinum*

VII, 136 *conuenit illi*[2])
conuenit illis
Ov. rem. 471 *conuenit illis*
(Hor. sat. II, 4, 71 *conuenit ollis*)

VII, 139 *fidimus eloquio*
ut redeant ueteres
Mart. XI, 5, 5 *si redeant ueteres*

VII, 156 *diuersae forte sagittae*
diuersa (e) parte sagittae
XIII, 136 *diuersa parte tabellis*
cfr. Verg. Aen. IX, 1; 691, XI, 203, Ov. met. XIII, 612.

VII, 166 *haec alii*
ast alii
Verg. Aen. VII, 395 *ast aliae*
cfr. IX, 727, Stat. Ach. I, 885 (II, 211), al.

VIII, 40 *alto drusorum stemmate, tamquam*
alto drusorum sanguine, tamquam

---

1) De *sana paupertas* vd. C. F. Hermann, Vindic. Iuv. p. 12.
2) Sic Buecheler ex floril. S. Galli et scheda Aroviensi, om. P.

Verg. Aen. IV, 191 *troiano sanguine cretum*
ibid. 230 *alto a sanguine teucri*
cfr. V, 45, VI, 500.

VIII, 49 *de plebe togata*
de gente togata
Verg. Aen. I, 282, Mart. XIV, 124 *gentemque togatam*

VIII, 155 *robumque iuuencum*
toruumque iuuencum
Ov. met. VI, 115 *toruo—iuuenco*
cfr. X, 237; VIII, 132, Verg. g. III, 51 sq.

X, 29 *de limine*
a limine
Tib. II, 6, 47 *a limine*
cfr. Verg. Aen. VIII, 461, Ov. fast. VI, 481, Stat. Theb. VI, 404, XII, 190, 558.

X, 70 *quibus indicibus — probauit*
quibus indiciis — probauit
Mart. II, 54, 3 *certis indiciis — probauit*

X, 78 *effudit curas*
effugit curas
Ov. trist. II, 218 *effugiunt curas*

X, 299 *imitata Sabinos*
imitata Sabinas
Ov. am. I, 4, 15 *imitata Sabinas*

X, 341 *contingat . . . aurem*
contingat . . . aures
Ov. met. I, 211 *contigerat . . . aures*
cfr. XV, 497, her. III, 59.

X, 351 *cupidine ducti*
cupidine capti
Verg. Aen. IV, 194 *cupidine captos*
cfr. VII, 189, Ov. fast. VI, 119, met. XIII, 762, XIV, 29.

XI, 94 *oceano fluctu*
oceani fluctu
Mart. VI, 34, 2 *oceani fluctus*

XI, 118 *hos lignum stabat ad usus*
hos lignum stabat in usus
Verg. Aen. IV, 647 *non hos ... munus in usus*
cfr. Hor. carm. III, 3, 51, Ov. am. I, 6, 5, Stat. silv. IV, 4, 48.

XII, 3 *ducimus agnam*
caedimus agnam
Verg. Aen. V, 772 sq. *agnam caedere*
cfr. Ov. fast. II, 655, Hor. epod. II, 59, carm. II, 17, 32, Iuv. VI, 48.

XII, 113 *et cadat ... uictima sola*
et cadat .. uictima sacra
Ov. ex P. IV, 9, 30 *dum caderet — uictima sacra —*
Luc. VII, 167 *uictima sacris*

XIII, 13 *minimam exiguamque malorum*
minimam exiguamque laborum
Ov. trist. V, 6, 35 *minimum minimumque laborum*

XIII, 136 *diuersa parte tabellis*
diuersa in parte tabellis
Verg. Aen. XI, 203 *diuersa in parte latini*
cfr. IX, 691, Stat. Theb. VIII, 134, 218.

XIII, 242 *eiectum ... ruborem*
eiectum . . . pudorem
Ov. met. VI, 544 sq. *proiecto pudore*
cfr. her. XVII, 259, met. VI, 616, Mart. III, 68, 5, Verg. Aen. IV, 322, Stat. Ach. I, 565.

XV, 25 *temetum duxerat urna*
temetum deduxerat urna
Stat. Theb. VI, 125 (118) *sipylon deduxerat urnas*

XV, 46 *cedit turba canopo*
cedit ripa canopo
Verg. georg. IV, 23 *decedere ripa calori*
Ov. am. I, 5, 35 *cedat ... ripa benigna Tagi*

XV, 93 *Vascones haec fama est*
Vascones ut fama est

Verg. Aen. VI, 14 *Daedalus ut fama est*
cfr. georg. IV, 318, Hor. sat. II, 1, 36, Ov. art. I, 258, fast. V, 84.

Non aeque certa, sed quorum originem eidem causae deberi non improbabile puto, exempla subicio haec:

I, 161 *uerbum dixerit*
uerum dixerit
Mart. IV, 34, 1 *uerum-dixit*
cfr. VII, 64, VIII, 76, 1, Pers. I, 55, Hor. sat. I, 1, 24, al.; ceterum vd. codd. Ov. her. XIX, 107 (109).

II, 93 *fuligine tinctum*
fuligine tactum
Ov. met. VI, 140 *medicamine tactae*
XI, 498 *aspergine tangere*
cfr. II, 122 sq., fast. IV, 790, Verg. g. IV, 448, Pers. III, 44, Mart. VI, 74, 2, schol. Iuv. I, 68.

III, 37 *quem iubet*
cum libet
Mart. XI, 16, 2 *quo libet*
cfr. Verg. ecl. X, 59, Hor. ep. I, 6, 53; 7, 19, Ov. met. XIII, 766, al.

III, 259 *e corporibus*
de corporibus
Verg. georg. II, 23, Mart. VI, 56, 3 *de corpore*

IV, 147 *chattis*
gethis
ex frequenti memoratione Getharum in Ovidii trist. et ex P.

V, 61 *puer, sed forma sed aetas*
puer formosus et aetas
Verg. ecl. II, 17; 45 *formose puer*

V, 80 *longo distinguat pectore lancem*
longo distendat pectore lancem
Verg. Aen. I, 433 *dulci distendunt nectare cellas*
ecl. IX, 31 *pastae distendant ubera uaccae*

V, 81 *quae fertur domino squilla . . .*
83 . . . *manibus sublata ministri*
83 . . . *manibus porrecta ministri*
Hor. sat. II, 8, 42 sq. *adfertur squillas inter muraena natantes*
in patina porrecta
cfr. et v. 30, II, 2, 39.

Etiam dictio satis usitata *manus porrigere* mutationem adiuvisse potest.

V, 96 *proxima nec patimur tyrrhenum crescere piscem*
proxima nec patitur tyrrhenum crescere piscem
Luc. V, 25 *nec patitur noctes nec iniquos crescere soles*

VI, 123 *prostitit*
constitit
constitit eodem versus pede Verg. Aen. I, 187, 226, 459, II, 68, IV, 253, V, 426, VI, 331, 559, IX, 624, Stat. Theb. X, 759, al.

VI, 316 *rotant ululantque priapi*
rotant ululante priapo
Verg. Aen. XI, 662 *magnoque ululante tumultu*

VI, 329 *iam dormit adulter*
dormitat adulter
Ov. her. XIX, 195 *iam dormitante lucerna*
Hor. art. p. 359 *dormitat Homerus*

VI, 347 *prohibe*
cohibe
cohibere germanice *einschliessen* Verg. Aen. III, 424, IX, 738, Hor. ep. II, 1, 255, Ov. met. XIV, 224, XV, 346, trist. IV, 4, 55; ceterum vd. codicum varietatem XI, 7, Cic. pro Rosc. Amer. 28; cfr. et VI, 123.

VI, 385 *nominis appi*
nominis alti
VIII, 131 sq. *alta-nomina*; cfr. *sanguinis alti* Luc. II, 214 *caesaris alti* etc. Ov. met. XII, 345, 361, ex P. II, 3, 63, al.

VI, 442 *tubas, nemo aera*
tubas atque aera
Verg. Aen. II, 734 *clipeos atque aera*
VI, 479 *rubet ille flagello*
rubet ille flagellis
Hor. sat. I, 2, 41 sq. *ille flagellis*
ad mortem caesus
cfr. epod. IV, 11.
VI, 490 *disponit crinem*
componit crinem
Verg. g. IV, 417 *compositis-crinibus*[1])
VI, 560 *inde fides artis*
inde fides arti
Ov. art. III, 791 *si qua fides, arti (credite)*
VI, 643 *credamus tragicis, quidquid de colchide torua*
credamus magicis, quidquid de colchide torua
magicis ex memoratione Medeae, cuius apud Ovidium aliosque ars magica saepius praedicatur, natum est; cfr. Ov. am. I, 8, 5, art. II, 101 sq., met. VII, 330 sq. (*magicae linguae . . . cum colchide . . .*).
VII, 27 *frange miser calamum*
frange miser calamos
Verg. ecl. III, 13 *fregisti et calamos*
cfr. georg. I, 78, Mart. IX, 73, 9.
VII, 100 *nullo quippe modo*
namque oblita modi
Luc. V, 810 *atque oblita fugae*
cfr. Ov. her. VIII, 111, trist. IV, 10, 105, Verg. Aen. III, 629.
VII, 146 *flentem producere matrem*
flentem deducere matrem

---

[1]) *disponere crines* Tib. I, 9, 67, — *capillos* Ov. am. I, 14, 35 — *comas* Tib. I, 8, 10, Ov. ex P. III, 3, 16, Mart. XII, 82, 10, PLM (Baehr.) IV, 68, 2; *componere crines* Prop. I, 15, 5, Verg. g. IV, 417, Stat. Ach. I, 348, Auson. Mosellae 230 — *comas* Ov. rem. 679.

Ov. met. X, 462 *cunctantem-deducit*
her. XVI, 313 *deducit amantem*
VII, 159 *laeua parte mamillae*
laeua in parte mamillae
Verg. Aen. IX, 468 *in parte sinistra*
cfr. IV, 374, XII, 145, Ov. met. XIV, 398.
VII, 235 *quot acestes uixerit annis*
quot acestes uixerit annos
Ov. met. XV, 401 *totidem qui uiuere debeat annos*
VIII, 17 *squalentes traducit auos*
squalentes producit auos
Ov. met. IV, 656, trist. III, 10, 9 *squalentia protulit ora*
(Quint. VI, 1, 30 sq. *producere ipsos — squalidos*)
VIII, 159 *unctus amomo*
udus amomo
Mart. V, 64, 3 *madidus . . . amomo*
IX, 25 *scelerare solebas*
celebrare solebas
deos celebrare Ov. met. IV, 606, fast. III, 328, VI, 775, trist. V, 3, 1 (sq. *celebrare . . . solent*), Mart. VI, 73, 9.
X, 30 *contrarius auctor*
contrarius alter
alter - alter Hor. ep. I, 17, 27/30; II, 2, 183/184; vd. etiam Mart. IX, 32, 3 *denarius alter*.
X, 35 *praetextae trabeae*
praetexta et trabeae
Hor. sat. I, 5, 36 *praetextam et latum clauum*
X, 46 *defossa in loculos*
defossa in loculis
Iuv. XI, 38 *in loculis*; cfr. Ov. fast. II, 641, Hor. sat. I, 3, 17.
X, 88 *ceruice obstricta*
ceruice adstricta
Mart. XI, 39, 13 *adstricta fronte*
cfr. Ov. art. am. I, 361, Tac. ann. IV, 70.

X, 160 *praeceps fugit*
praeceps abit
Sall. Jug. 25 *praeceps abierat*
X, 198 *cum uoce trementia membra*
cum uoce trementia labra
Verg. Aen. VIII, 22 *tremulum labris* (ubi vas est)
cfr. et Ter. Eun. 336.
X, 253 *cum quaerit ab omni*
nam quaerit ab omni
Hor. sat. II, 3, 20 *nam quaerere amabam*
XI, 91 sq. *scauros et fabricium postremo seuero*
censoris mores
scauros et fabricios rigidique seueros
censoris mores
Mart. IX, 28, 4 *curios fabriciosque* (cfr. Claud. XXII, 379 sq.)
Mart. XI, 2, 1 sq. *durique seuera catonis*
frons et . . . fabricii
Ov. am. III, 4, 43 sq. *uultusque seueros*
exue nec rigidi iura tuere uiri
cfr. ex P. III, 3, 55 et 57. *rigidus censor* Ov. art. II, 664; *rigidi mores* Ov. rem. 762.
XI, 106 *clipeo uenientis et hasta*
clipeo fulgentis et hasta
clipeus fulgens Verg. Aen. X, 589, Ov. met. VIII, 27, Stat. Th. X, 152; cfr. Verg. Aen. VIII, 593, Ov. met. I, 470.
XI, 113, *litore ab oceani*
litore ab oceano
Ov. met. XV, 12 sq. *diues ab oceano . . . litora*
XI, 128 *hinc stomacho uires*
hinc stomacho bilis
Hor. s. II, 2, 75 *dulcia se in bilem uertent stomachoque tumultum*
cfr. sat. I, 9, 66, ep. I, 19, 20, Mart. V, 26, 3.

XII, 73 *miserabile sumen*
mirabile sumen
Verg. Aen. VII, 78 *mirabile uisu*
VIII, 81 *mirabile monstrum*
cfr. cod. B XV, 101, cod. M III, 166.
XIV, 175 sq. *saeua cupido immodici census*
saeua cupido indomiti census
Ov. met. XIII, 798 *saeuior indomitis*
cfr. Verg. Aen. V, 681, VII, 521, VIII, 728.
XIV, 208 *pueris repentibus assae*
pueris poscentibus assem
Mart. IX, 8, 4 *posceret aera puer*
Iuv. V, 144 *assemque rogatum*
XIV, 293 *piperisue coempti*
piperisque coemptor
VIII, 17 *emptorque ueneni*
Hor. art. p. 249 *ciceris . . . et nucis emptor*
XV, 93 *alimentis talibus olim*
alimentis talibus usi
Verg. Aen. V, 192 *syrtibus usi*
VIII, 441 *uiribus usus*
XV, 75 vd. pg. 93.

Mutationes igitur suas Nicaeus saepissime ex aliis scriptoribus desumpsit, sive ita optime sententiam obscuram illustrari et sermonem corrotundari atque expoliri ratus est sive memoria deceptus paene inscius lectiones novas invexit; nonnunquam enim illae sensum planiorem et magis perspicuum reddunt, velut V, 80, 116, VI, 248, 404, 474, VIII, 40, 155, IX, 68, X, 78, XI, 94, 106, XIV, 242, XV, 93, al.; aliis autem locis eo progressus est imitando, ut sensum foede deformaret, ut VI, 643, VII, 8; quin etiam metrum laederet, ut IV, 147, XV, 25. Omnino plerumque non intellegimus, quo consilio ille mutaverit; nam quid differt, num V, 63 *rogatus* an *uocatus*, VI, 20 *fugere* an *abiere*, VII, 100 *nullo quippe modo* an *namque*

oblita modi, X, 29 *de limine* an *a limine,* XI, 118 *ad usus*[1]) an *in usus* legatur?

Restant adhuc varietates graviores hae: III, 321 *conuelle* V, 38 *apiarum* 41 *amicos* VI, 46 *mediam* 238 *pauet* 539 *lacrimis* VII, 25 *conscribis* 144 *cossus* VIII, 198 *natus* 203 *frontem* 225 *saltu* 239 *gente* IX, 14 *praestabat calidi circumlita fascia uisci*[2]) 26 *quod taceo atque* 106 *clament* X, 73 *tremens* 310 *nunc ergo* XI, 62 *contigit* 166 *narras* XII, 1 *carior* 81 *tunc stagnante sinu* XIV, 1a, 2 *ac rugam* 38 *damnis huiusce et* 52 *tibi-cum* 63 *fremat* (*fremit*) XV, 104 *uiribus* XVI, 21 *officiunt-curabitis* 23 *mutinensi*(*s*) 39 *uetulo.* Quamquam de his coniecturas facere non difficile est, tamen cum ne partem quidem illarum lectionum legi certae supponere potuerim nec quidquam evidens vel probabile quod proferrem invenerim, quaestionem hanc solvendam peritioribus relinquo. De uno ex his locis iam speciosa prolata est coniectura, dico XIV, 2 *maculam ac rugam,* quod ex vulgata quae dicitur versione sacrae scripturae (Pauli ep. ad Ephes. V, 27) *maculam aut rugam* originem deduxisse post Rigaltium Weberus[3]) annotavit, sed aliud testimonium neque illi quod sciam addiderunt neque ipse repperi[4]).

Ut quae de natura recensionis interpolatae indagavimus, breviter comprehendamus, Nicaeus, homo in operibus scriptorum veterum bene versatus, sed solidae doctrinae expers, saeculo IV. vel V. novam quam dicimus editionem saturarum Iuvenalis instituit, sed quo erat ingenio semidocto, quamquam nonnulla non male ita mutavit, ut poetae nostri sermo contortus expeditior et planior evaderet,

---

1) cfr. Ov. met. V, 111 *non hos adhibendus ad usus.*

2) cfr. Hor. ep. I, 10, 7 *musco circumlita saxa.*

3) Animadv. ad Iuv. Sat. Ienae 1820 p. 37.

4) nisi quis huc trahit ev. Matth. VIII, 32, ev. Luc. VIII, 33 *abiit . . . per praeceps* cfr. Iuv. X, 160 *praeceps abit.*

tamen plurimis locis sive memoria lectionum similium deceptus sive sua stupiditate occaecatus talia inseruit, quae paleae instar aestimanda sint.

Quae cum ita sint, tamen cavendum est, ne quis classem codicum deteriorum in textu restituendo prorsus respuendam esse arbitretur, nam, ut ait Jahn[1]) ,neque is liber, unde PS originem ceperunt, a vitiis immunis fuit, neque qui inde descripserunt non multa neglegentia peccarunt. contra in eo exemplo, quod Nicaeus cum Servio interpolavit, fieri non potuit, quin multa ita ut a poeta scripta erant servata, integra a librariis transscriberentur. quare non mirandum est, si haud uno loco in *ω* casu recte scriptum extat, quod in PS casu depravatum est'. Scripturam librorum interpolatorum, ut exempla maxime insignia afferam, recipimus locis his: I, (68), 131, 143; II, 43, 80; III, 61, 78, 210, 304; IV, 9, 33, 112; V, 73, 91, 138; VI, 34, 52, 70, 120, 126, 159, 278, (295), 304, 455, 473, 474, 547, 558/559, 604, 632/33, 648; VII, 9, (114), 145, 174, 217, 229, 237; VIII, 61, 113, 182, 203, 260; IX, 61; X, 67, 205, 322; XI, 4, 41, 142, 165, 166, 180, 205; XII, 4, 46, 47, 77, 104, 108; XIII, 26, 59, 208, 236; XVI, 35. Certe etiam sine illorum auxilio permulta Pithoeani menda ingenio ac sagacitate virorum doctorum iam dudum sanata essent; sed potiorem esse nobis servatam scripturam integram ab antiquis testibus quam medelam coniecturis saepe incertis debitam nemo neget.

Quod si iam quaerimus, num his codicibus collatis nova lectio eruta sit digna, quae in textum recipiatur, non dubito, quin X, 359 recte manus altera libri L exhibeat *dolores*, quod adhuc ex membranis nondum innotuit, cfr. Ruperti ad hunc locum. Praeterea III, 158 fortasse recte HVBL praebent *iuuenes iuuenemque lanistae*; cfr. XIII, 154 *artifices mercatoremque ueneni*; vd. et XI, 91, XII, 7, XIII,

1) edit. min. praef. pg. VIII sq.

119, 246. VI, 285 *e crimine* rectum esse iam supra contendimus. XV, 75 iam constare puto, quid poeta scripserit. Legunt ibi P: *praestan* xxxxxxxxxxxxxxx HBv: *praestantibus omnibus instant* AVRp: *praestantibus omnibus instans* L: *praestant instantibus orbes.* In P non exstitisse, quod in AVR aut HB legitur, veri simillimum est; *orbes* autem in L, quod sensu caret, minus spectat ad *omnes*, quod in libris Mercerii legitur, quam quod hic subtiliter coniecit, *ombis*. Itaque codicem L, qui etiam VII, 100 solus Pithoeani scripturam servavit, mutato *orbes* in *ombis* sequendum esse censeo. Quod ceteri libri exhibent, manasse videtur ex Verg. Aen. X, 118 *portis circum omnibus instant* aut Stat. Theb. XI, 243 *muris circum omnibus instant;* cfr. etiam Verg. Aen. II, 627, VIII, 537, 693, X, 692, 713, Ov. trist. III, 5, 35. Initio versus fortasse cum H scribendum est *fugae* (P: *fugat*), ut *terga fugae praebere* (Ov. met. X, 706) aut *dare.*

Denique VIII, 93 nescio an codices deteriores lectionem genuinam retinuerint. Ibi P tradit: *et capito et numitor;* ω cum scholiis bonis[1]): *et capito et tutor.* Scribam autem Pithoeani frustratum esse memoria loci Vergiliani Aen. VI, 768 *et capys et numitor* non sine causa suspicor, cum saepius ita erret, velut I, 157 *deducit arena* recte *deducis* ex Verg. g. I, 114; II, 133 *ualle colle quirini* r. *ualle* ex Hor. ep. II, 2, 68, Ov. m. XIV, 836; VI, 159 *nudo pede* r. *mero* ex Hor. sat. I, 2, 132, ep. I, 19, 12, Ov. am. III, 6, 50, fast. III, 604, IV, 426, VI, 397, al.; VI, 533 *grege lanigero* r. *linigero* ex Verg. g. III, 287, Ov. met. III, 585, VI, 395, VII, 540; VI, 569 *nec tamen* r. *hac tamen* ex Hor. ep. I, 7, 23; VIII, 142 *signa* xx *bellas* r. *signare tabellas* ex Hor. sat. II, 6, 38 (*signa tabellis*); X, 189 *hoc alto recto uultu* r. *recto* ex Hor. carm. IV, 9, 42 sq.[2]).

---

1) de quorum pretio vd. Beer l. l. p. 33 sq.

2) Fortasse sic XI, 130 modorum in eodem enuntiato mutatio

De nomine nec Numitoris nec Tutoris quidquam constat; sed Tutores in numero nobilium reponendos esse testes sunt si minus Iulius Tutor Trevir, quem Vitellius ripae Rheni praefecit[1]), et T. Attius Tutor, praefectus leg. II[2]), at certe C. Vellaeus Tutor consul anni 28[3]) et Vellaeus Tutor consul anni 46[4]).

---

apud Iuvenalem non insolita, sed hic tamen mira, explicatur: ex Ov. am. I, 8, 33 *quae te sibi comparet.*

1) cfr. Tac. hist. IV, 55.

2) CIL III, 5331; VII, 386, 390, 394.

3) CIL V, 4921, 4922.

4) Digest. 16, 1, 2, 1.

De scholiis codicis Lugdunensis bibl. publ. no. 82.

Iam Stephan[1]) in scholiis librorum Iuvenalis deteriorum latere adnotationes non praetermittendas vidit; quod quam recte sit iudicatum cum pervolutanti mihi codicem Leidensem no. 82, quem praecipue respici ille volebat[2]), magis magisque apparuerit, non ingratum me facturum spero, si scholiis huius membranae ab illo iuris publici factis alia, quae mihi non nullius pretii videbantur, subiungam.

I, 5 (*glossa interlinearis*) Telephus rex misiae a cerua nutritus herculis et augis filius fuit 12 Fronto iste illo tempore nobilissimus fuit apud quem recitabant poetae . . . 20 Per alumnum aurunce lucilius significatur, qui fuit italicus et satiram scripsit. nam aurunci dicti sunt populi antiquissimi italie.

II, 44 Scantina (*sic*) lex uocatur a scantinio auctore quae dampnabat adulteria uirorum tantum sicut iulia mulierum tantum 92 Babte molles quo titulo eupolus (*sic*) comediam scripsit in qua inducit athenienses 100 Hoc emisticon sumptum est de uirgilio ⟨*Aen. XII, 94*⟩ Turnus gestabat hastam de qua dicitur actoris aurunci spolium 170 artax̃ Urbs est armeniorum. artaxata genus uestis peregrine.

III, 32 qui locantur se ut mortuos portent uel ut uispillones aefficiantur. uispillones sunt qui corpora mortuorum ad sepulturam deferunt sicut pollinctores qui abluunt uel perungunt 67 Sensus est ecce inquit o tu romane rustice tui didicerunt luxuriari et palestris uti et philacteriis ut greca dissolucione raptentur ad uicia

---

1) in dissertatione, quam conscripsit de Pithoeanis in Iuvenalem scholiis. Bonnae 1882.

2) l. l. p. 70.

108 Trullam auream sonum dicit uentris et partem obscenam diuitis hominis[1]) 115 Abolla genus uestis erat qua nobiles et senatores utebantur et hic pro nobilioribus personis posuit ut si diceret sanctioris philosophiae 129 orbis] i. populis (*sic*) sine parentibus Ex longo qui propter tutelam praetoris uigilant quamvis eos pretor contemnat. Praetor quasi peritor i. dux 136 Id est de sella sua abducere cunctaris eam quae iam ab alto est conducta. In sellis enim prostant unde et sellariae dictae sunt 137 *sq.* Scipionem nasicam dicit, cuius donum (*sic*) mater deum dignam suo hospicio iudicauit, donec ei templum fieret. Appium claudium dicit qui ardentem templo uestae palladem eripuit precatus deam ut si uidisset aut tetigisset quod non licebat sibi pocius quam urbi redderet. Itaque liberata pallade ipse necatus est 174/75 Apud ueteres nisi in fine ludorum non intrabat quod ridiculum foret. Exodium dicitur inchoacio cantilenae. huic exordiarii dicuntur qui primi psallere inchoant 178 Orchestram pro nobilibus posuit. Nam orchestra dicebatur locus separatus in scena in quo erant senatores et principes . . . Per orchestram maiorem dignitatem uult intellegi quoniam in hoc loco senatus expectare solet 214[2]) Cum domus ardet potentis non tamen quando perdit aliquid pauper uel prae tristicia in domo nostra focum accendi non patimur quasi lugentes 221[3]) Orborum i. pupillorum. persicus proprium pupilli elegantis et nobilis aut certe ideo persicum pro diuite posuit quia persae ditissimi sunt. Horacius ⟨*c. I, 28, 1*⟩ persicos odi puer apparatus 283 Duplex toga rubei coloris a grecis lena est dicta ut uirgilius ⟨*IV, 262*⟩ urioque ardebat murice lena quod nunc amphibolum uocamus olim birrum 296 Proseukes dicunt greci orare. hinc proseuca uocatur casula pauperum i. capenna in qua manentes stipem a transeuntibus petunt.

IV, 9 . . . Vestales autem uirgines. Si quando stuprum perpetrassent non libeat sacrum corpus earum nec igne nec ferro contingi, sed uiuae infodiebantur et hoc est quod dicit subitura terram uiuo sanguine 23 Apitius fuit glutto quidam . . . et multa de

---

1) *cfr. glossas a H. Keil, Halis in ind. schol. 1877 editas, ubi paene idem legitur.*

2) *cfr. Stephan l. l. pg. 33 adn. 1.*

3) *cfr. Steph. p. 51 adn. 7. Idem scholion etiam in A et in cod. Oenip., de quo vd. Zingerle, Kleine philol. Abhandl. IV pg. 11.*

condituris scripsit et tandem pudore egestatis uenenum sumens mortuus est 32/33 Pisciculos minutos dicit nullius precii quos inopes in egipto uenditant. hic piscis pessimus recens manducari non potest. Ex piscatore inquit factus erat princeps equitum 37 Flauie gentis ultimum domicianum dicit. hoc enim ordine regnarunt nero uespasianus titus et domicianus 61 Romani sub tullio hostilio cum albam diriperent et sacra uellent romam transire tanta repente grando missa est ut intellegerent e suis locis sacra non esse mouenda 68 Quidam legunt sagittis i. exercitationibus sagittarum digestionem cibi comparat 94 Hic consul fuit sub domiciano 95 Id est cum filio domitio quem cum nero occidisset ipsum acilium quo penas sentiret orbitati seruiret (*sic*) 103 Tarquinio superbo. proplexam enim barbam habuit 107 Acerbe uentrem potius quam ipsum uenisse dicit 112 Fuscus hic sub domitiano exercitui praepositus in Dacia periit 123 Id est musca quam rustici asilum uel tabanum uocant 141 *s.* 142 Salustiane posuit.

V, 17 Tribus enim lectis antiquorum cene parabantur. Unde triclinia dicebantur 20 Subaud calciarum cum festinatione et non nullas ansas calige preterire. Dicte autem ligulae a ligando id sunt anse calciamentorum 24 Id est noua non lota quae cum tinguitur pessimo uino perfunditur 25 Id est lunaticum uel amentem. Sic enim malo uino mentes turbantur quomodo lana tincta mutatur 34 . . . quae uascula terencius ⟨*heaut. 460*⟩ serias uocat 44 Aenean dicit cuius gladius iaspidem habuit ut uirgilius ⟨*Aen. IV, 261*⟩ atque illi stellatus iaspide fulua ensis erat 48 Sulphure solent uitrum solidare i. maltare 66 PROVERBIVM 90 Hoc oleo putenti ungi solitus erat uel certe ciuis tripolitanus erat 121 Pantomimum significat manibus gesticulantem 127 (*gl. interl.*) tamquam fur sis 153 Quidam uolunt gladiatores intellegi qui contra castra praetoria manebant et eorum lanistam qui cum nimis horridus esset capella dicebatur.

VI, 8 Amicam catulli dicit cuius passerem extinctum catullus quodam opusculo deflet 32 pons] qui nunc lapideus est romae in tiberim inquit te praecipita 70 Subligar dicitur quo religantur inguina pantomimorum 83 Proprium ciuitas egypti per quam tota sepe aegyptus significatur maxime apud Lucanum ⟨*VIII, 184, 277, 499, al.*⟩ 120 Rotundum muliebris capitis tegumentum. In modum galeae qualem habere mercurius depingitur quod alio nomine

calamancus dicitur[1]) 138 . . . Unde uirgilius ⟨*Aen. IV, 76*⟩ de didone incipit affari mediaque in uoce resistit 150 . . . Unde uirgilius ⟨*g. II, 89*⟩ Non eadem arboribus pendent uindemia nostris 153 In quibusdam codicibus legitur mense numae i. feb̄r. Hic enim mensis interkalabatur ceteris. Sed numa primus illum inuenit. Vocans februarium a februo i. plutone . . . 156 Beronice regina aegypti soror ptholomei cum qua ipse incestum perpetrauit 158 Iuliae nepti Augusti cum qua commisit incestum. Hic agrippa fuit nepos augusti non ille in cuius honorem thermas fecit quem laudat uirgilius ⟨*Aen. VIII, 682*⟩ 160 (*gl. interl.*) quia porcina abstinent 172 (*gl. interl.*) ad dianam referendum 174 Amphion] Hic parasitorum nescio quem dicit 225 flammea sunt quibus die nupciarum mulieres operuntur (*sic*). Ita inquid libenter nubit ut flammea conterat 238 . . . Hic uersiculus in aliis non est 264 Saphium (*sic*) matula i. secundum Plautum ⟨*Bacch. 70 Pers. 124 Stich. 693*⟩ turpe uas ad requisita naturae 326 de quo Plautus ⟨*immo Aulul. s. Querol. 18,20 Peip.*⟩ Sume igitur paphien citeren breseidem sed cum pondere nestoris 551 ORNIXOMANTIA 555 Apud delphos oraculum apollinis famosum quem ideo dixit cessare quia nero cum didicisset illic de morte sua esse requisitum iussit claudi templum 577 Hic fuit auctor matheseos 616 Virgilius ⟨*Aen. IV, 515*⟩ quaeritur ex nascentis equi de fronte reuulsus et matri praereptus 634 ANTIPOPHOKA i. contraria relacio 649 Ypallage minor recessit a maiore.

VII, 58 Id est secreti horatius ⟨*c. II, 19, 1*⟩ bachum in remotis carmina rupibus uidi docentem 80 Sarrana uasa fictilia accipimus. In quibus cibi ei apponebantur uel possunt esse nomina pauperum poetarum 94 De hoc horatius ⟨*c. II, 2, 5*⟩ uiuat extento proculeius euo 118 Scale dicuntur foruli uel armaria aduocatorum uelut quaedam casae et stationes quae palmarum foliis orñant cum illi causam uicerint. Cicero Correpsimus inquit scalas 134 (*gl. interl.*) stlataria i. quam portat nauis stlataria multisonans quae dicitur uulgo balita 154 Prouerbium est frequens repeticio discipulorum 155 ANTIΠΟΦΟΡΑ 227 Uirgilius enim rusticis-

---

1) *cfr. schol. in Voss. 18.:* . . . Nam galerum uocatur muliebre tegumentum capitis rotụṇtundum quale mercurius depingitur instar galeae.

simo uultu fuit et colore fuligineo uel ideo dicit quoniam noctibus carmina componebant.

VIII, 27 ΕΥΡΗΚΑΜΕΝϹΥΝϹΕ A oratio in numen aegiptium 32 ΚΑΤΑ ΑΝΤΙΦΡΑϹΙΝ 59 ΚΑΤΑ ΚΟΥ ΝΟΥ 131 Picus fauni pater filius saturni auus latini regis cuius filiam lauiniam accepit aeneas uxorem 156 Solida praesepia propter imagines solidas.

IX[1]), 112 Baltea lora quibus ceduntur. balteus enim proprie est cingulum baltea genere neutro cum uirgilius posuerit genere masculino ⟨*Aen. V, 312 sq.*⟩ lato quem circum amplectitur auro balteus 133 Signum infamium est uno digito caput scalpere quod uicium habuit et pompeius ut de eo martiales ⟨i *super* e⟩ tale epigramma fecerit Magnus quem metuunt homines digito caput uno ||| scalpsit qd dicas? hunc sibi uelle uirum.

X, 63 Silanum pro quolibet. Hunc silanum claudius tanta donauit licencia ut se absente multa uelut tirannus ciuium faceret quem postea iussit occidi tale edictum ad consules mittens quantum mihi placet 171 . . . unde ouidius ⟨*met. IV, 58*⟩ coctilibus muris cinxisse semiramis urbem 178 Sostratus hic uel cytharedus fuit uel liricus scriptor qui res persicas scripsit 249 In sinistra enim usque XCVIIII computantur anni. Iam centesimus in dextera 253 filius nestoris fuit quem hector occidit[2]) 271 uxor illius post mortem uiri assiduis luctibus in canem conuersa est.

Post c. X, 300 desunt scholia marginalia paene omnia[3]).

XI, 200 Apud cannas hannibal romanorum tantum occidit quod septem modios ex anulis eorum impleuit.

XVI, 1 Hanc satyram quidam dixerunt non esse iuuenalis sed apposita ab aliquo et seruius ⟨*ad Aen. II, 102*⟩ uersum in exemplum ponens ostendit esse iuuenalis dicens Exspectandus erat lites.

Cum his quae attuli scholiis consentiunt plus minus ad verbum illae optimae notae in PS tradita his locis:

---

1) IX, 37 *schol. in Voss. 64:* Prouerbium de catamitis dictum dulces sunt mores id est faciles et flexibiles uiri molles. Vnus pes deest uersui greco quem magister heiricus (*manus novissima adscripsis:* M Henric') scire non potuit.

2) *cfr. Ov. her. I, 15, Hygin. CXIII (pg. 100, 11 Schm.).*

3) *In H numerus scholiorum minuitur post VIII, 150, nullum iam exstat post XIII, 101; cfr. et inscriptiones saturarum.*

I, 5, 12, II, 92, 170[1]), III, 32, 79, 115, 129, 136, 175, 283, 296, IV, 32/33, 38 (in fine), 61, 67, 94, 95, 103, 107[2]), 112, V, 17, 20[3]), VI, 158[4]), 225, 634, VII, 58, (80), 118[5]), (227), VIII, 29, 32, X, 178.

Cum Vallae vel Probi commentario iam Stephan[6]) scholia comparavit ad III, 1, 38, 74, 79, 115, 168, 210, 261, 266, 283, 293, VIII, 32, 109, quibus nunc adieci scholia[7]) ad III, 67, 214, 221, IV, 123[8]), V, 25, 48, VI, 70[9]), 238, 577[10]), VII, 94[11]), 118, 134, 154[12]).

Quod si iam liquet, haec scholia aliqua ex parte ex fontibus optimis hausta esse, huic opinioni illud maiorem fidem addit, quod non modo materia amplior interdum huc congesta est, quam in PS, sed etiam saepius nugae et deliramenta illius scholiastae interpretamentis egregiis commutata sunt, cfr. schol. ad II, 44, 100, III, 32, 129, 178, IV, 9, VI, 8, 160, 172, VIII, 131, IX, 133, X, 249.

Maxime originem antiquam et praestantiam partis huius collectionis probat schol. ad VI, 8, ubi Pithoeani scholiasta ineptit, hic autem rectissime Catullum nominat,

---

1) *cfr. et gloss. Keil.*

2) *Valla:* acerbe ventrem potius quam ipsum venisse dixit.

3) *Valla:* calciari properanter et ansas caligae praeterire dictae vero ligulae a ligando.

4) *Valla:* incesta dedit hunc agrippa sorori iuliae quae augusti fuit neptis cum qua commisit incestum.

5) *Melius etiam concinit cum glossis Keilii.*

6) l. l. p. 37 sqq.

7) *Vallae verba, quae Iahn reddidit, non repetivi.*

8) *Valla:* quem graeci oestrum romani tabanum eum nominaverunt, quem asillum dicimus.

9) *Valla:* subligar . . . amictus fuit quo pantomimorum tragoedorumque et comoedorum inguina religabantur.

10) *Valla:* qui fuit et ipse autor matheseos.

11) *Valla:* sane Proculeius . . . unde Horatius Vivet ext. p. a.

12) *cfr. etiam III, 67, IV, 94/95, 103, 112, VII, 118.*

cuius alibi per totum hoc aevum nulla exstat mentio[1]; quamquam hic quoque dicens *quodam opusculo* de Catullo non multum sibi innotuisse ostendit. Non multo minoris pretii est schol. IX, 133, in quo sub nomine Martialis fragmentum Calvi adfertur, cfr. Sen. rhet. 322 K. Ex Iuvenalis scholiis in codicis Berolinensis scholia Lucani (VII, 726), quae et nomine Martialis[2] et lectionibus (*homines, dicas*) concinunt, translatum esse hoc distichon me monuit Usener.

Grammaticum sapit schol. ad. IX, 112[3]), item ad IV, 141, VI, 634, VII, 155, VIII, 59; hominem in scriptoribus antiquioribus bene versatum loci[4]) ex Plauto (VI, 263), Terentio (V, 34), ⟨Cicerone (VII, 118)⟩, Vergilio (II, 100, V, 44, VI, 138, 150, 158, 616, IX, 112), Horatio (III, 221, VII, 94), Ovidio (X, 171), Lucano (VI, 83), ⟨Martiale (IX, 133)⟩, Querolo (VI, 326) allati patefaciunt.

Sed cum saepissime scholia explicationibus absurdis referta intermixta legantur, quorum duo exempla luculenta (V, 153, VI, 174) addidi, ex pleniore bonorum antiquorumque scholiorum exemplari[5]) quaedam in Cornuti commentum recepta esse cum Stephano concludemus. Itaque operae pretium esse puto haec et similia scholia diligentius explorare, si forte ex magnae sordis farragine plures micas auri vel argenti litteris reddant.

---

1) nisi de Ratherii codice illius poetae.

2) Martiali eodem modo, quo Probo artes grammaticae, epigrammata scriptorum ignotorum videntur adscripta esse.

3) cfr. Servii comment. ad Aen. X, 496.

4) Plauti et Queroli nomina in optimis scholiis non inveniuntur, reliquorum partim quidem alia exempla.

5) Ex eodem exemplari emanasse glossas Keilii demonstrat consensus supra adnotatus et praecipue VI, 455 superscriptum illud *uel sacra*, cfr. glossam IX, 23 *opica* (cod.: *opice*) *id est sacra*.

De Iuvenalis florilegiis, quae exstant in codicibus Frisingensi no. 92, Coloniensi no. 194, Parisinis no. 7647 et 17903.

In codice F(risingensi 92) ob Tibulli et Syri excerpta celeberrimo fol. 98—113 hi Iuvenalis versus inveniuntur[1]:

I, 1, 15 — subduximus, 17 stulta — 18, 35 quem mun. — palpat, 38 in — 39 processus, 45, 48 quid — nummis, 57, 74 probitas — alget, 79—80 potest, 92 simplexne — 93, 99 — accipies, 110—113 maiestas, 117—119, 127, 147—149 stetit, 160 digito — 161 dixerit, 165—167, 168 tecum — 170 paenitet; II, 8 — fides; 14, 17 uultu — fatetur, 23, 25—26, 34—35, 38 felicia — 40 cato, 47 — concordia, 61 donant — chilindros, 63, 78 dedit — 81, 83 — turpissimus, 113 rarum — 114 exemplum est. hic est, 121—123, 127—128, 139 nil — 140 indulget; III, 26—28, 30 maneant — uertunt, 36 uerso pollice, 38 cur — 40, 41—45 inspexi, 47 atque — 48, 46 me — 47 erit, 49—50, 51—52, 53—54 potest, 74 ede — 77, 78, 90—91, 100 rides — 103 dolet, 113, 122 nam — 125, 140—142, 143—144 fidei, 152—153 facit, 161 quis — heres, 164 — 165 domi, 180—184, 187 accipe — 188 habe, 230—231, 232 moritur — 234 stomacho, 235 magnis — urbe, 242, 243 nobis — 245 sequitur, 247 — luto, 253 cursu — ignem, 262 bucca — excitat, 275 uigiles fenestra (*sic*), 281 quibusdam — 282 facit, 288 miserae —289, 295, 297—298 est, 299 libertas — 301, 305, 308 huc — currunt, 315; IV, 3/2 A uitiis monstrum — redemptum hic est, 11 alter —12, 17, 63 facili — ualuae, 67 propera — saginis, 69 illi — 71 pos-

---

1) Versus divisi, sicut eos, qui sententias descripserunt, dividi voluisse ex signo singulis excerptis postposito apparuit. Post IV, 83, VIII, 135, IX, 118, XIII, 180, 198 in F, III, 295, VI, 460, VIII, 61, 70, 76, IX, 105, X, 169, 192, 198, 290, XIV, 49, IX, 118 in C deest signum, ut illae sententiae cum sequentibus cohaereant.

sit, 82—83 ingenium, 86 quod — tyranni, 91 uitam — uero, 105 offensae — tacendae, 139 nulli — 140 mea, 142 callebat — morsu; V, 6 — frugalius, 5, 18 uotorum summa, 47 — quattuor, 54, 66, 67 quanto — 69, 72 — reuerentia, 78 fremeret — 79, 107, 111, 113, 130 plurima — 131, 135 uis — 137 fratres, 140, 149 illa — 150, 157 nam — 160, 162, 163 — coniectat, 166 — decipit, 170—172 caput; VI, 41 putes, 42 si — 43, 53 otius — 54, 86 — indulsit, 90 famam — 91, 94 iusta — 97, 109 acre — ocelli, 143, 155—156 Myrrina, 165, 166 — omnia, 168 cum — 169 supercilium, 179 huius — 181, 185 quid raucidius, 190 cuncta — secreta, 197 — habet, 208 nullam — 210 spoliis, 214 — affectus, 223 pro rat. uol., 231—232, 239—241, 242—243 mouerit, 250 nisi — 251 agitat, 252—253 amat, 268—269, 273—274 sua, 281 olim — 285, 292 patimur — mala, 299 turpi — 300 molles, 304 iam — 305, 306, 324—325 uerum, 357—361, 362, 363—365, 412, 433, 444, 460, 474—475 die, 494 quaenam — 495 tuus, 500 tamquam — 501, 507 erecta — planta, 556, 578 prurit — 579 angulus, 605 stat — 608 parat, 623 longam — saliuam, 646 minor — 647, 651 illa — 652 facit; VII, 30 — ulterior, 53—55, 81, 84 tanta — 86, 100 oblita modi, 111 inmensa — folle, 135 purpura — ametistina, 138, 145 rara — panno, 149 si — linguae, 155 — 157, 158 culpa — 160 iuueni, 165, 187 res — 188 filius, 197—198, 201, 202, 203, 215—216 labor, 222 mediae — 224, 237—238 facit, 240 non — 241; VIII, 1 — faciunt, 19—20, 21—22, 24—25, 30 quis — 33 cignum, 46 uiuas — 49 indocti, 49 ueniet — 50, 52 tu — 53, 56—61, 68—70, 74 sed — 77, 78, 83—84, 87 prouincia — 89, 90, 91—92 maneant, 121—124, 135, 138—139, 140—141, 165 breue — audes, 166—167 pueris, 181 nobis — 182, 183 non adeo — 184, 209 ignominiam — 210 uulnere, 211—212, 213—214, 269—271, 274—275; IX, 5, 7 triplicem — 8 inuenit, 12 — contra, 15, 18—20 facies, 27—28 pretium, 38, 86 dedimus — possis, 93—94, 102 secretum — 108 sciet, 112 non deerit — 113, 118, 120—121, 126 festinat — 129, 147 uotum — 150; X, 2 pauci — 6, 9 torrens — copia, 9 multis — 10 facundia, 10 uiribus — 11, 12—14, 19—21, 22, 23—25 foro, 46, 47 materiam — 48 hominum, 56—57 inuidiae, 97 quae — 98, 104 nam — 107, 112—113, 140 maior — 142 tollas, 168—172 erit, 172 mors — 173 corpuscula, 190—195, 196—200, 207—208 canities, 213—215 concentus, 227 ambos — 228 inuidet, 243—245, 253 nam quaerit — 254 socio, 271 torua — 272 rictu, 297 rara — 298 pudicitiae, 314 exigit — 316 Concessit, 328 mulier — 329 amouet, 337, 342, 346 si — 348, 350 — sibi, 356, 363 — dare, 363 semita —

364; XI, 1—2 demens, 11 quibus — est, 16 magis — emuntur, 21—23 trahit, 23 illum — 27 sacculus, 31/30 Tersites nec enim — achillis, 32 si tu — 33, 34 buccae — 38 loculis, 44—45, 129 ergo — 131 exiguas, 152, 154—155, 176 alea — 178; XII, 10, 48 qua — 51, 64 parcae — 66 lanificae, 129 montibus — 130; XIII, 1—4, 9/8 Quae pateris non rara uidemus, 9 casus — 10, 11 flagrantior — 12, 19—20 sapientia, 20 ducimus — 22, 23—25, 26—27, 64—67, 76 aspice — 77, 103 multi — 105, 122 non — 123, 129, 134, 141 tu — 142, 143—144 crimina, 162—164, 167—173, 180, 183, 189 quippe — 191 ultio, 191 uindicta — 195, 198, 196 Est uehemens poena, 209—210 habet, 215 si ostendas — 216 frontem, 236, 237 — constantia, 237 quid — 240, 243—244; XIV, 1, 25—28 respiret, 31 citius — 33 auctoribus, 36—37, 40 dociles — 41 sumus, 41 catilinam — 43, 74 serpente — 76, 77 —79 uulturis, 81—85, 112 rerum — 113 ponticus, 116 his — 118, 139—140 habet, 153 tunicam — 155, 204 lucri — 205 qualibet, 207, 224 — labor, 235—238 adquirere, 284 — furor, 303—304 Seruantur, 304 misera — census; XV, 47 est facilis — 48 titubantibus, 51 iurgia — 52 ardentibus, 70, 72 — fabula, 129—131 fames, 163—166 est; XVI, 7 — communia, 32 citius — 34.

Liber C(oloniensis 194) post Marcianum Capellam foliis 155 sqq. compendiis permultis scriptos versus Iuvenalis fere ducentos sexaginta continet hos:

III, 49—57; II, 25—32; III, 100—105; II, 47—48; III, 164—166 conatus, 152—153, 291—295, 297—301; VI, 298—301, 357—365, 460, 464—470, 444, 629—633; VII, 139—140, 157, 197—202; VIII, 19—23; VI, 556; VII, 81; VIII, 39—61, 68—70, 73—76, 79—84, 269—271, 163—165, IX, 102—105, 107—108 sciet, 18—20 facies; X, 9 multis — 14, 22, 56—58 pagina, 140 maior — 143, 168—169, 171—173 corpuscula, 190—192, 196—198, 227—234, 289—290, 293—298 pudicitiae, 324 casto — nocet, 356, 357, 359—362; VIII, 140—141; XIII, 21—22, 53—58, 86—89, 104—105, 109—110 fiducia, 167—173, 199—201, 209—211, 236—244 flagitio; XIV, 31 uelocius — 32 domestica, 47—49, 56—57 senex, 109—110, 138—140 habet, 303—304, 321, 318, 317 — census; IX, 118, 120—121.

Amplissima excerpta in libris[1]) Parisinis 7647 (D) et

---

1) Hos libros accuratissime depingit Meyncke in Mus. Rhen. XXV, 371 sqq.

17903 (E) exstant, quae iam cum inscriptionibus sententiarum crebris proferam:

I, 15 — subduximus, 48 quid — nummis; *uitiosi* (*uic.* D) *magis remunerantur quam boni*[1]) 73—76 stantem (-caprum D_2); *[2]) *Quibus afficiuntur homines* 85—86 discursus; * *de habundantia uitiorum* (*uic.* D) 87—93 (88 om. E); * *de auaritia dominorum quibus hora prandii discedunt seruientes* 132—136; * *de gula* D 140 quanta — 141; * *de uiciis* D 147—149 stetit, 160 digito — 161; * *de praua conscientia* 165 quotiens (-ciens D) — 167, 169 galleatum — 170 paenitet. II, 1—3; *omnes sunt uitiosi* (*uic.* D) *et reprehensus et reprehensor* 8—12 animum; * *de ypocritis* E 14—20 inuadunt; * *Non uiciosus uiciosum* 22—27, 34 iure — 35, 38 felicia — 41, 45 faciunt — 47 concordia, 63; *unus uiciosus plures facit morosos* D 78 dedit — 83 turpissimus, 110, 113—114 exemplum; * *nichil se cultu quod non reueletur*[3]) D 135 liceat — 136, 149—153 puta; *De his qui cum boni fuerunt mali efficiuntur per consortum malorum* 166 — commercia, 167—homines. III, 6—9 urbis, 21 artibus — 24 aliquid; *de iniustitia et ludo fortune* 39—40; *plus extollitur uiciosus quam honestus* 41—48; *Plus amatur conscius secretorum alterius quia plus timetur quam honestus inscius* 49—58; *Scurra quodlibet sibi adscribit officium* 73—78, 86—91; *de scurra a* (*e* E) *formante se diuiti* (*-te* E) *quicquid agat* 100—108, 112 aulam — 113; *de facili q^i^dni seruiuntur abutimur* 121 numquam — 125; *pauperes non remunerantur sed diuites* 126 et quod — 127 meritum est; *de transpositione rechti ordinis* 140—144 fidei; * *de irrisione pauperis* 145 contemnere — 153 facit; *consortia pauperum fugiunt* D 160—162 edilibus, 164—165 domi; *de superfluitate* 180—183 omnes, 188 prestare — 189, 208—216 inpensas; *magnum est aliquem sui iuris esse* 230—231 fecisse; *de superhabundantia diuitis* 239—248, 254—260; *que incommoda apud urbem contingunt pauperes* 269—275, 278 ebrius ac petulans aliquis licet improbus annis (282) — 301. IV *diuitie felicem non faciunt qui malus est* 5—8 felix, 17; *de superfluitate in cibo in multis aliis tempore neronis* 37—59, 62—98, 104—110, 113—116, 119—121, 123—154. V *non*

---

1) Quo usque inscriptiones pertineant, unusquisque etiam ex compositis hic versibus facile cognoscet.

2) Inscriptiones, quibus asteriscum (*) praefixi, iuxta sententias leguntur, aliae ante sententias.

3) cfr. IX, 102.

est seruiendum pro cibo ... 1—2, 12—15 imputat; *quod uappam dant ministris sibi uinum bonum* 24—25, 30, 32—35; 37 tenet ipse capaces — 41; *de uilitate ciforum seruientes* 46—56; *de contemptu ueterum*... 59 tu — 62, 64—73; *de superfluentia serculorum diuitis* 80—88 laternam; *de superfluitate seruulorum diuitis* 99—105; *de superfluitate diuitis* 92—96, 113—118 maiores; *de lusoribus diuitis post prandium* 120—124; 127 quando propinat *pauper inter epulas sitit* 128—137 fratres; *pauperibus uiliora sunt diuitibus preciosa* 146—147 domino, 149—150, 153 — mali; *diuites putant pauperes sibi pro uictu seruire* 161—162; *de spe conuiuantium frustrata* 166—170 utitur. VI, 97 D; *quod ducenda sit potius pauper humilitas quam diues superbia* 162—171, 178—183, 197 — habet, 199 faties — annos, 221, 223, 231 D; *quod doctores pium discipulos* (sic) *corrumpunt* 239—243 mouerit (ouerit E); *de muliere ligitiosa* 252—253 amat; *quod paupertas et labor conseruant castitatem* 287—289 et, 290 proximus — 295 perit, 298—300 molles, 347 - 348 custodes D -uxor E; *femina nescit habere modum sicut uir habet* 357—365, 402, 407—420, 444; *noli dicere illam que litteras nouit* 448—460, 497—503, 508—510, 605 stat — noctu D — 609 E; *de superfluitate mulierum quarumlibet* E 617 quae — uxor E; *de crudelitate mulierum* 627—633, 646 minor — 647. VII, 8—11, 13—14 quod non uidisti didicit iam diues auarus (30) — 32 auem; * *De praesumptione et iactantia scribentium* 36 ne — 39 annos; *de multi studio bonorum* 48—52; *quid sit bonum poeta ostendit*... 53—70, 74—78; *de inutilitate inanis gloriae* 81, 90 — histrio, 105, 135 purpura uendit *de fraude horataris* . . . 136—137, 139 ciceroni — 144 sacerdonice in tenui rara est facundia panno (145); *de auaritia patris erga magistros filiorum* 157; *de culpa doctoris* 158 culpa — 160 iuueni, 187 res — 188 filius, 197—198 D (198, 197 E), 201; *de laude eorum qui magistris deferunt* 207—210 loco. VIII *de depressione eorum qui de nobilitate gentis gloriantur* . . . 1—3, 6, 8—15, 17—20; *que sit uera nobilitas* 21—22, 24—28, 30 et quis gener. — 32 insignis, 40—61, 64—67, 73—74 fortuna ego te censeri — 84, 87—93, 97 furor — naulum, 121 — 124; *quis est bonus ostendit* 127—128, 131—145, 149—150 oculos; *ponis defensores eorum qui se excusant de peccatis* 163—166, 177—184; 211 quis tam *praefert ignobilem bonum nobili inhonesto* 212—214; *de uituperio nobilium* 215 causa — 216 dissimilem, 231—233, 235—250, 254—258, 261—263, 269—271. IX, 10 conuiua — facetus, 18—20 facies; *de auaritia diuitum et luxuria* 38, 68—69, 102 secretum diuitis ullum

nichil occultum quod non reueletur 103—113; *quare honeste est uiuendum* 118, 120—123, 126 properat decurrere uelox — 129, 133 — caput; X *de difficultate discretionis inter bonum et malum* 1—6, 8 nocitura toga — 13, 18 rarus — miles E, 19—27, 56—57 inuidie; *de dampnosa potentia* 73—74 dampnatos, 96 et qui — 97 uolunt; *plus est mali prosperitate quam boni* 97 et quae — 98; *de dampnosa cupiditate bonorum* 104 si quis nimio — 113; *De dampnosa cupiditate facundie* 114—115, 117—121; *De dampnosa cupiditate uictorie* 133—145, 147—173 corpuscula; *De dampnosa cupiditate longe uite* 188—193, 196—200, 204/3/1 gaudia nulla cibi (sibi E) aut uini torp. gal. Iamque ipsi grauis . . ., 213—219, 227—234, 240—245; *De pulcritudine non optanda q; dampnum inde sequitur* 289—290, 293—305, 310 D, 324—327; **De crudelitate femine* D 328—330 putes, 338 immo et tibi quid pl. dic — 345; *Quod nichil est optandum sed deo uota sua* (sic) *committe* 346—353; * *Quae sint desideranda* 356—362; * *De comoditate uirtutis* 363 semita — 364; **De uituperio libidinis* 208 merito — 209 uiribus. XI * *Quod non de omnibus idem iudicandum* 1—2 demens; **De irrisione paupertatis* 2 quid — 3 pauperis; *De superfluitate que est in cibis* 9—17, 19; *De diuersis diuersum iudicium est dandum et diuersa debent petere iuxta statum suum* 21—36; *Quod mediocritati est insistendum et in posterum prouidendum* D 37—48; *quod diuersi diuersa laudant* 58—59; *De commendatione mediocritatis apud antiquos seruate* 77—89, 93—99, 108—109, 117—126; *de mediocritate que est in multis rebus* 56—57, 60—76, His maiora precor ne queras quippe superbum 130—131; *de remotione superfluitates mediocritate* D 132—135; *De superfluis que apponitur mediocri mense* D 142—144; **De mediocritate* 145 - 147, 149—154, 159—164, 171—172 uerbis, 173 atque fruatur — 174, 176—181, 183 —184, 190—192; **De fastidio diuitis* 207 sunt et nulli (mollis E) quoque tedia uite; * *De commoditate rare uoluptatis* 208 Magna uoluptates — usus. XII * *De cupiditate* 48 qua — 51; **Indignatio est* 57—59; *Quod habere amicos praeualet congregationi diuitiarum* 128 —130. XIII *Quod in ipso actu peccati conscientia prima punit auctorem* 1—4; **Quod homo debet fortis in aduersis* 7 non te mediocris — 12; *Quod praeferenda est sapientia fortune* 19—22; *Quod in tantum inoleuit crudelitas quod nullo tempore uerentur male facere* 23—30, 33 o senior — 37; *De fide antiquorum et de reuerentia exibita maioribus a minoribus* 53—59; *Quod apud modernos culpatur fidelitas et de eorum perfidia* 60—62, 64—65 puero, 66 uel fete — mule,

75—77, 86—94, 100—110, 112—117 ponimus, 118 ut — 120, 126—128, 135, 140—144 crimina; *Quod maius dampnum putant esse nummorum quam omnium aliorum* 130—134, 162, 164—166; *De ultione mali nec tamen cessat malum* 174—186 * *De qm̃ dotatione sapientiae* 187—198 *De ultione delicti sola uoluntate* . . . 199—208; *Quod uoluntas pro facto reputatur* 209—210; **Quam grauis est ultio in conscientia eius qui uoluntatem peccandi* . . . 211—216; *Manentibus in criminali multa uidentur apparere in sompnis et tempestates pro suis criminibus* . . . 217—232, 234—242, 243/44 Et quem flagitio contentum uideris uno. XIV *De praua doctrina patrum* 1—14, 31—37, 39—43; *Qualiter ab omni uicio . . . abstinendum sit* 44—58; *Quod multo magis laborandum est* . . . 59—61, 62 (inter lineas) D_2, 63—85; *Quod sub specie uirtutis s. parcitatis* . . . 107—112, 115 hunc et egregium — 120; *De monicione peruersa* . . . 121—125; *De nimia auaritia et in se et in seruos* 126—133, 135—140; *De insaciabili cupiditate et labore pro pecunia* 141—151, 156—160; *Docet quibus debeamus esse contempti* (sic) 179—182, 185—189; *Quod mod̃ ne filios suos male docẽt* D 190—193, 196—202 subeant, 204 lucri — 207, 210—214; **Quod pueri non sunt male docendi* 215—219; *Quod pro pecunia nurum etiam occidunt auari* 220—226; *Quod auaritia si magistra tante crudelitatis homicidii* D 227—228, 230—232; *Quod pueri docti esse cupidi et flagitiosi pecunie* . . . 233—234, 173—178; *Quod multa pericula incurrunt qui diuites uolunt fieri* 244—246 misero cum sit graue tardas (248; nota math. gen. tua *add.* D_2) Expectare —251, 267—268 (251 & 267 om. E), 258—259 domus, 274 qui propter — 283, 287 ille quidem parat — 300, (301 — rate D_2), 303—318; **Consilium auctoris* XIII, 159—161; **Documentum auctoris* XIV, 15—17, XIV, 284 — furor, XV, 47 facilis — 48 titubantibus, 70, 72 — fabula, 131 mollissima — 133; *Quod homines a brutis differre debent per uicissitudinem conpassionis et auxilii insinuat auctor* 140 quis (quod E) bonus unquam 142 illa aliena — 150, 107 non omnia — 108 putant. XVI, 32 citius — 34; **De facili dilatione amici* 36 conuallem — 38, 40, 42—45 sternuntur, 47 lentaque — 50 (49 om. E).

Quattuor haec florilegia classi codicum deteriorum adnumeranda esse manifestum est, simulatque eorum lectiones cum collatione supra edita comparamus.

Quod cum paene unusquisque versus doceat, satis habeo locos, quibus FCDE cum P congruant, attulisse:

F: VIII, 49 *plebe* IX, 103 *loquuntur* (*-antur* P) X, 21 *umbra* (*-am* P) 173 *sunt hominum.* C: VIII, 49 *plebe* 57 *putet* 270 *uulcanique* X, 173 *hominum* 230 *diducere.* DE: I, 148 *facient cupientque* III, 40 *locari* D 188 *praestare* 210 *et frustra* 214 *geminos* E 286 *uel* 293 *conche* IV, 41 *nec* 64 *spectant* V, 116 *tradentur* VI, 365 *sibi* (*tibi* D) 501 *tanta*(*que*) VII, 60 *thirsumque* 69 *deesset* 142 *post te* VIII, 133 *ponas* IX, 18/19 *deprendas* (E) X, 2 *dinoscere* 21 *umbram* 155 *nichil* 199 *madidaque* E 310 *iuuenis specie* 362 *pluma* XI, 24 *quanto* 37 *ne* 142 *capre* XIII, 105 *sceleris* (*celeris* E) *pretium* 184 *dicet* 210 *cognata* E XIV, 16 *animas* 33 *subeunt* D 51 *quandoque* 52 *quoque* 67 *scobis* 192 *uigila causas* 245 *late et* XV, 107 *quidam* XVI, 49 *ipsis.*

Praeterea permultae reperiuntur lectiones propriae. Quarum pars magna ad errorem librarii referenda est[1]), ut in

F: II, 78 *hanc et* III, 275 *fenestra* VI, 181 *habes* 359 *tamen* om. 651 *cumputat* VII, 238 *uultum ducit,* VIII, 58 *palpa* 68 *aliquod* 90 *exusta* IX, 15 *spalida* X, 12 *Et* 24 *ut crescant ut* 199 *instantia* 329 *amouet* XI, 22 *luxuriae* XIII, 1 *mali* 10 *eductus* XIV, 83 *uide autem* XV, 165 *include.*

C: III, 100 *comedus* 300 *bene cesus* VIII, 50 *soluant* 75 *si tu* IX, 103 *ut* om. X, 10 *Est sua m. f.* 56 *potenti* XIII, 173 *coors* 199 *phitia* 239 *tandem* XIV, 138 *dum* 140 *hunc* 304 *seruatur.*

DE: I, 147 *Nil tulerit* D II, 24 & 25 *qui* E 27 *accusat* E III, 49 *ueri conscius* D 76 *dramaticus-geometer* 78 *si iusseris* D 104 *in omni* 107 *recte* E 113 *manus* 214 *gemitur* D 272 *ignauus* (*rus* super *uus*) D 288 *praelia* 291 *furiosius cogitat* E IV, 43 *effudit* E 45 *magistri* E 53 *parsurio* 78 *aliquid* E *perfecti* 94 *protinus* D *acilius cius* 98 *ferculus* E 110 *uigilos* (e super o) E 113 & 123 *uegento* E 131 *paretinus*

1) Ex F et C omnia menda calami attuli, ex DE vix tertiam partem.

141 *ruttipinoue* D *ruputinoue* E 154 *cepit* E *temperat* D V, 41 *obseruat* E 54 *concurrere* 83 *conuenit* 93 *quoniam* E 100 *cum* E 104 *glacie* (*ucus* super *cie*) D 115 *seruo* E 122 *peragat donec* E 136 *nunc* E VI, 162 *sit fortuna* D 178 *te sibi* E 181 *deditur* E *deditur* (*per* super *de*) D 221 *contagio* D 241 *foliam* E 290 *protinus* D 292 *non patitur* D 360 *aspitiunt* E 363 *pupulat* E 365 *tibi* D 409 *ipse* E 412 *narret* E 413 *nil* 459 *ostensis* 501 *tantaque* 605 *nocte* E 606 *arridet* E 607 *porriget* E 608 *decretum quod* E 627 *repugnat* E 633 *praegustat* E VII, 31 *diuersos* 74 *quod donet* 157 *homines* 198/7 E VIII, 27 *siluanus* 59 *texuet* 65 *uitare* E 67 *seruare* E 179 *pondere* 233 *domibusque* 242 *attulit* 257 *inferni* IX, 108 *protinus* 109 *archimagistri* X, 3 *uerba* D 21 *nocte ad* E 24 *ut crescant et* 27 *ardebat* 109 *eduxit* 147 *indice* D 165 *tantus* E 193 *accipe* E 209 *exspectat* E 217 *cum corpore* 293 *lucerna* E 294 *rutule* 345 *pulcra est et* E 358 *extreme* E XI, 13 *carina* E 17 *turmam* E 31 *tradebat* E 35 *tue* 40 *uersis* E 67 *salictis* E *-cti*||| D 72 *animi* 143 *et* D 172 *strepitus* E 176 *fortunam uenie* E 184 *donat* D *dona*||| E XII, 51 *uitio qui propter* D 128 *pacuuium* XIII, 25 *et pixide* E 35 *uulgo risum* E 93 *nostro* E 107 *se* 135 *querela plena* E 161 *miser* 165 *cesariemque madidam* E 184 *crispinus* E 188 *excipit* E 199 *phicia* 203 *an et hoc* 224 *Dum* E XIV, 39 *ut crimina* 68 *agitans* E 77 *canibus et* D 79 *ergo est* E 182 *hic* E 188 *quicunque* 193 *uitem-libello* D (197 *aram aquilam* E) 267 *corinthia* D XVI, 48 *East* D *Est* E.

Non maioris ponderis quamquam defendi certe possunt, sunt loci hi: in F: X, 356 *mens sano in corpore sana*[1]) in DE: II, 47 *similes* III, 127 *meritum est* 182 *hoc uitium* IV, 121 *cilicum* V, 41 *unguesque* 47 *et iam* (68 *et solidae*)

---

1) Fortasse recte, certe quidem argute et captiose, sed ex Iuvenalis sermone nil certi definiri potest; cfr. Heitzmann, *De substantivi eique attributi apud poetas satiricos collocatione* pg. 19 et 21.

VI, 231 *tibi est* 499 *aut arte* VII, 75 *non defuit* VIII, 57 *uocat* 60 *germine* 64 *nulla est* 214 *non-non* X, 139 *laborum* 189 *hoc tu* 244 *atque* XI, 21 *nempe* 23 *e censu* 25 *et tamen* 28 *pectore seu tu* 29 *aut* 36 *etiam si* 125 *mauroque* 191 *illic* XIII, 8 *uidentur* 9 *et iam* 20 *fortune est* 161 *illuc* 195 *quatiens*[1]) 200 *dubitarit* XIV, 31 *ac citius* 66 *neu* 127 *nec* 174 *grassatum est.*

Iam si ad varietates vertimus consilio eorum, qui florilegia composuerunt, natas, plurimae maximaeque inde explicantur, quod illi, ut sententias e conexu solutas per se satis perspicuas redderent aut ut quae de Romanis erant dicta, omnibus hominibus temporibusque accommodarent aut ut versus explerent, verba omiserunt, addiderunt, commutaverunt, versus transposuerunt et conglutinarunt:

in C: VI, 357 *nemo* X, 190 *o quam* XIII, 53 *improb. prisco* XIV, 303 *multis parta* 321 *non aliud.* in F: II, 114 et IV, 3 additum *hic est*[2]) V, 111 *gloria quondam*[3]) VI, 281 *inquit* om. 306 *uide qua* VIII, 183 *non adeo* IX, 126 *enim* om. X, 342 *princeps sciet ult.* XIII, 8 *non rara* 164 *lumina? nemo*[3]) 215 *si ostendas* 244 *uestigia caecus*[3]) XIV, 1 *fuscine et* om. 36 *nonnullos fugienda* 303 *multis parta* XV, 47 *est facilis.* in DE: II, 41[3]) *spirantia balsama*[4]) 110 *iam nullis* III, 6 *et quid* 21 *artibus amodo* (?) *honestis* 39 *tales* 58 *hec nunc* (*non* superscripto *nunc* D) 113 *uolens* 180 *nunc ultra u. h. n. atque aliquid plus* 182 *hoc uitium est iam uiuimus* 257 *quod si* 271 *cadunt — signant* — 272 *ledunt*[5]) 278/282 *ebrius ac petulans aliquis licet improbus annis* IV, 5 *igitur* om. *quantis aliquis* (*alius* expunctum D) *ium. fat.* 78/79 *optimus ille*[6]) *et leg. interpr.* V, 1 *cur te pro-*

---

1) cfr. Luc. VII, 568.
2) cfr. pg. 116.
3) Sententia hoc versu desinit.
4) cfr. Claud. II, 252.
5) cum omisso versu 268 desit, unde coniunctivi pendeant.
6) cfr. Hor. sat. I, 3, 68.

positi 37 *tenet ipse capaces*[1]) VI, 295 *paupertas antiqua* VII, 8 *quod si* 53 *egregium uatem* 105 *heu genus* 144/5 *sardonice in tenu rara est fac.* VIII, 30 *et quis* omisso *enim* 73 *raro sensus* 74 *ego te* IX, 126 *enim* om. 133 *hi* X, 104 *si quis-optabit* 105 *deposcit-parabit* 193 *turpes aspice* 204/201 *gaudia nulla cibi* (*sibi* E) *aut uini torp. pal. iamque ipsi grauis ux. n. sibique* (*sibi ipsi* D) 219 *quorum uix nomina dicas*[2]) 329 *elige quidnam suadendum e. p. immo et tibi quid placeat dic* (338) XI, 2 *quid nunc* 46 *pecunia multis* 48 *tum pallet* 58 *hic* (*sic* E) *laudat* 59 *distat* (*c* super *s* D) 77 *parua olim nostri nec lux. sen.* 78 *c. f. consul p.* 129 *his maiora precor ne queras quippe superbum* 131 *certe nulla* 142 *non fructum* 171 *audiat alter* 173 *atque fruatur* 183 *tu modo dil.* 207 *sunt mollis* (*nulli* D) *quoque tedia uitae* XII, 128 *quaeso* om. XIII, 7 *non te mediocris* 8 *iact. demergat honus non r. uidentur* 53 *improb. prisco* 75 *nunc facile* 77 *negent* 108 *precedunt-parati* 114/5 *nunc-debueras* 120 *ualeant-ferri* 130 *nunc maiore* 140 *num* (*nōū* D) *te delicias* 144 *lumina si mentis maiora ad crimina flectas* 164 *cerulea* (sic E *certulea* D) *obstipuit*[3]) 243 *et quem flagitio content. uid. uno* XIV, 16 *semper habe atque* 17 *puta* 114/115 *hunc et egr. p.* 246/8 *nec t. p. m. cum sit graue tardas* 258 *non spectas* 267 *at tu* 274 *qui propter* 287 *ille quidem parat* (sic) *tunicis* 303 *magnis parta* 305 *dispositus hamis totam uig. coh.* XV, 107 *non omnia* 140/2 *quis* (*quod* E) *bonus unquam illa aliena* 147 *prono terram spectantia uultu.*

Quae restant mutationes, aut transposita verba sunt, ut in F: XIII, 19 *quae dat sacris*; in C: II, 31 *marti uenerique* III, 53 *uerrem qui* VI, 464 *uen lota* VIII, 141 *quanto qui peccat maior* XIII, 238 *incipiunt tandem*; in DE: III, 41 *faciam rome* 244 *populus magno* 254 *sarte tunice* IV, 47

---

1) quamquam v. 39 *uirro* (*uiro* E) *tenet phialas* legitur.

2) cfr. Ov. art. I, 227 *erunt quae nomina dicas.*

3) cum v. 163 desit.

multo littora plena 96 *gladiis domini,* 133 *patine magnus* V, 122 *peragat donec* E 134 *fieres quantus* VI, 510 *hoc propior* (*proprio* D) *solo*[1]) VIII, 21 *drusus uel cossus* 65 *pretiis dominos* 87 *cum te prou. tandem* XIII, 132 *summam diducere uestem*[2]) 206 *pariter* (*partem* E) *cum tota* 236 *ferme uaria est* XIV, 85 *rupto predam* 129 *medio* (ex *modio* D) *solitus* 207 *nemo querit.* aut verba eiusdem sensus ex glossis[3]) superscriptis verbo genuino eiecto in contextum irrepserunt aut ex Vergilii Ovidii aliorum[4]) locis similibus:

in C: VIII, 48 *disponere causas* 76 *aliene* XIII, 172 *speculentur*

in DE: III, 46 *magistro*[5]) III, 108 *sonitum dedit*[6]) V, 102 *uela caribdim*[7]) 149 *sibi atque aliis*[8]) VIII, 44 *pars maxima*[9]) IX, 126 *properat* XIII, 90 *ast alius*[10]) XIV, 147 *armenta*[11]) 189 *hec olim ueteres*[12]).

---

1) cfr. Ov. met. VII, 163 *iam propior leto.*

2) cfr. Ov. met. III, 480 *summa uestem diduxit*; cfr. ibid. V, 398.

3) Florilegia DE fluxisse ex libro scholiis glossisque instructo elucet ex IV, 76, ubi in E legitur *properabat ab urna*, quod haud dubie glossator absurde (*ab*)*olla* suprascripto *urna* interpretatus finxit. Similiter explicanda sunt II, 14 *uoluntas tacendi* in D, quod librario adscribendum esse probant discrepantia cum E et metrum violatum, IV, 17 *illi qui* E, X, 135 *fracteque D uicte fracteque* (*uicte* inductum) E.

4) cfr. etiam adn. 1 et 2, p. 111 adn. 1 et 6, p. 112 adn. 2.

5) cfr. Ov. ex P. III, 3, 69, trist. II, 347 (*me-didicerunt furta magistro*).

6) cfr. Verg. g. II, 306, Aen. II, 243, III, 584, V, 139, VII, 567, Ov. met. III, 37, al.

7) cfr. Ov. ex P. IV, 14, 9 *mea uela charybdin.*

8) cfr. Ov. trist. II, 573 *his — atque aliis.*

9) cfr. Luc. VII, 47 *pars maxima uulgi.*

10) cfr. Verg. VII, 395 *ast aliae* IX, 727, al.

11) cfr. Verg. g. III, 162 *uirides armenta per herbas.*

12) cfr. Verg. g. II, 532 *hanc olim ueteres.*

Quibus addo non maioris pretii haec: III, 288 *misere nunc audi pr.* VIII, 235 *deceat* X, 106 *altior illi* 188 *longos* XI, 57 *non superem uitaque et* XIII, 33 *o senior* 178 *quin corpore* 210 *quid si conata* (*cognata* E) XVI, 40 *soluere.*

Denique huc referendum est XI, 162 sq., ubi sic legitur in DE: *forsitan expectes* (*expectas* E) *ut concaua tecta canoro Incipiant resonare choro* . . . ubi obscaenis vocibus *gaditana* et *prurire* sublatis librarius verba decerpsit ex Verg. g. IV, 49 sq. *aut ubi concaua pulsu Saxa sonant*; cfr. etiam Aen. III, 432 *resonantia saxa* Ov. met. IV, 30 *concauaque aera sonant.*

Florilegia nostra ex communi fonte non derivata esse quivis intellegit; nam nullum non versus continet, qui in ceteris non reperiantur, nec ubi communes sententias praebent, easdem lectiones tradunt exceptis illis locis, ubi cum omnia classi deteriori adnumeranda sint, ea inter se non differre consentaneum est. Ubi similitudo notabilis comparere videtur, ut IX, 103 *loquuntur* FE 118 *est recte-tum* CDE 126 *enim* om. FDE X, 24 *ut crescant et* DE *ut crescant ut* F XIII, 53 *prisco* CDE 171 *quatiere* FC 199 *phitia* C *-cia* DE XIV, 303 *multis* FC (ubi DE *magnis*), cum perpauci sint hi loci nec in ceteris non sexcentae discrepantiae gravissimae, hic consensus casui tribuendus aut easdem lectiones eisdem causis effectas esse arbitrandum est.

Restat ut investigemus, utrum florilegia ex codicibus totius Iuvenalis an ex aliis florilegiis sumpta sint. Facillime iudicium constabit in DE; nam cum hominem magna sollertia praeditum et doctrina linguae latinae legumque metricarum non exigua instructum haec excerpta composuisse versibus scite contaminatis et verbis ingeniose commutatis additis omissis percipiamus, fieri non potuit, ut talia menda idem committeret, quibus vix in ullo libro frequentiora ac turpiora exstent. Accedit quod scriba inscriptiones singularum sententiarum perperam posuit. Is enim, qui excerpendi negotium in se susceperat, indiculos iuxta

sententias scripsisse videtur[1]), sicut etiam in his codicibus nonnulli tituli in margine leguntur; posterior autem librarius cum omnes inscriptiones excerptis singulis praefigere vellet, sententias cohaerentes saepius diremit. Ut rem exemplo illustrem, legitur sic

(V, 127) *quando propinat*
pauper inter epulas sitit
(V, 128) *Viro tibi sumitque tuis c. l.*
cfr. VII, 135 sq., VIII, 211 sq., IX, 102 sq., al.

Eadem de causa compluriens in altero codice titulus deest. Itaque hoc florilegium ex membrana saeculi X. s. XI. interposito altero florilegio manasse puto, quocum conexus artior, quem inter P et DE intercedere pg. 109 vidimus, optime convenit, cum codices posteriorum saeculorum vestigia recensionis germanae magis magisque amiserint[2]). Excerpta, unde DE profecti sunt, scholiis glossisque instructa fuisse ex exemplis p. 113 adn. 3 allatis apparet neque est cur miremur. Nam in floribus Coloniensibus voci *pelleo* (X, 168) superscriptum est *alexandro*, et ad X, 294 sqq. scholion eadem manu exaratum exstat hoc:

Verginia uirgo fuit pulcerrima filia uerginii consulis quae ab appio decemuiro per uim stuprata est Unde pater eius iussit eam occidi quae cum duceretur ad mortem optabat faciem habere rutile distortae et gibbosae[3]).

Paulo difficilius quam in DE arbitrium in F est; ubi cum mendorum numerus non tantus sit, ut non possint illi, qui haud inscite sententias excerpsit, adscribi, summi momenti ad quaestionem propositam sunt versus hi, quos

---

1) cfr. hanc scripturam XIV, 214: ... *uicit achilles. Qd' pueri non sunt male docendi*
Parcendum est teneris (215).

2) velut codex ille saeculi XIV, quem protraxit Zingerle, *Kl. philol. Untersuchungen* IV, 1 sqq.

3) Etiam in florilegio codicis Monacensis 4423 pauca scholia leguntur.

hic describam, ut in codice leguntur, omissis compendiis:

II, 113 sq.: *rarum ac memorabile magni*
Gutturis exemplum ∻. *hic* ∻

IV, 3/2 *A uitiis monstrum nulla uirtute redemptum. hic* ∻

XI, 31/30 *Tersites nec enim loricam poscit achillis*

XIII, 9/8 *Quae pateris non rara uidemus*

Nonne probabile fit duorum hominum manibus tractatum esse florilegium? Nam inepte in primo exemplo, cum iam additum sit *est*, postpositum est *hic est*, quod sic explicandum puto, ut prior librarius ad verbum supplendum adiunxerit *est*, alter perinde atque in exemplo secundo parvo intervallo interposito huic quoque sententiae *hic est* subiecerit neglecto verbo, quod iam legebatur. Tertio loco *nec enim* male postpositum excerptione duorum versuum deinceps sequentium

nec enim loricam poscit achillis
Tersites

evenit, ubi scriba posterior, ut unum versum integrum conficeret, *Tersites* ceteris verbis praeposuit; nec aliter res se habet in quarto exemplo. Adde quod idem non satis perspexit, quamnam ad rem is, quem sequebatur, signum ⁓, sententiae perfectae notam, adscripsisset; nam et loco perverso saepius illud reddit, ut post XIII, 192, et quod gravius est, si nova pagina a nova incipit sententia, super sententias adpingit. Ut exemplum afferam: IV, 142 *callebat-morsu*, quod primum est excerptum in folio 102ª, sic legitur:

⁓callebat primo deprendere morsu

cum desit ⁓ illa lineola sub sententia ultima antecedentis paginae (fol. 101ᵇ): *nulli maior fuit usus edendi Tempestate mea* (IV, 139 sq.). Unde sequitur, ut in florilegio vetustiore hae duae sententiae in eadem pagina exstiterint. Idem accidit f. 102ᵇ = V, 149; f. 104ᵇ = VI, 578; f. 105ᵇ = VII, 240. Haec si recte disputavi, membranam, ex qua florilegium Frisingense intercedente altero florilegio fluxit,

non multo post Pithoeanum exaratam esse ut putemus adducimur.

In excerptis Coloniensibus omnia vestigia me deficiunt, quibus nisus iudicium faciam, nisi forte quis mutationem versuum tam variam, cuius ullam regulam cognoscere nequeo, ex alio florilegio potius, quam ex integris libris natam esse arbitratur.

Has schedulas cum iam typis exprimendas tradidissem, insigni viri clarissimi Laubmann liberalitate mihi contigit, ut in bibliotheca Monacensi inspicere possem Iuvenalis florilegia, quae exstant in codicibus Monac. 4422 saec. XV, 4423 saec. XV, 6911[1]) saec. XIII. Primo fere obtutu cognovi spem, quam foveram, haec excerpta fortasse florilegio Sangallensi similia fore, vanam esse. Itaque cum nullam detexerim lectionem memorabilem, non opus duco hic longius de illis disserere. Id unum adnotandum est flores codicis 6911 arta necessitudine cohaerere cum libro Coloniensi. Quamquam enim alio ordine dispositi non semel discrepant, tamen lectiones III, 53 *uerrem qui* VIII, 76 *aliene* 141 *qui peccat maior* XIV, 140 *hunc* communem fontem probant. Etiam fragmenta Iuvenalis[2]), quae exstant in codice Mon. 14015, quamquam XII, 15 *fulminis* 64 *benigna* 77 *currunt* 104 *fulua* 110 *belli* 112 *pacubium* 125 *pacuuio* (*u* alt. in ras.) praebent, reliquis locis recensionem corruptam secuntur. Ex XII, 20 *illo quisquam* (sic) 36 *testiculique* 99 *orbus* 110 *turmam* XIV, 293 *coemptor* XV, 51 *genuinum* et plurimis locorum, quos modo attuli, colligendum videtur fluxisse hunc codicem ex libro A, quamvis paucae lectiones repugnent. Cum florilegiis quodam modo membranam Trevirensem 1092 saec. XI conferre licet, qui in tractatu

1) Post Iuvenalem hic exstant sententiae ex Ovidii arte amandi decerptae, quarum cum desit titulus, nulla in catalogo est mentio.

2) Complectuntur vv. XII, 15—52, 56—95, 97—XIII, 5, XIII, 8—45, XIV, 282—315, 325—XV, 24, XV, 34—64, 71—104.

‚de primis syllabis‘ praeter versus Vergilii, Persii, Lucani, Ovidii, Statii, al. versus Iuvenalis continet c. 135 ex omnibus saturis sine conexu compositos, quos mihi descripsit A. Oxé meus. Hunc librum mendis turpissimis abundantem inter codd. dett. numerandum esse adnotasse satis habeo. Denique qua est indefessa comitate Dr. C. Wotke Roma mihi transmisit codicis Vaticani (Reg. 1428) flores Iuvenalianos ex satiris I, VII, VIII, IX decerptos. Qui quamquam satis me edocuerunt pertinere tota excerpta ad recensionem depravatam, tamen unam lectionem novam non omittam; legitur enim VIII, 56 *animalia bruta.*